

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Piores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

33. De maioritate, & obedientia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

De Majorit. & obed. Tit. XXXIII. 283

De Majoritate, & obedientia.

Tit. XXXIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.
- 2 Majoritas in Republ. Ecclesiastica iure optimo constituta.
- 3 Majoritas Ecclesiastica consistit in ordinis prærogativa, secundum quam Presbyter Episcopo, Presbytero Diaconus, & sic de ceteris debet esse subiectus.
- 4 Majoritas Eccles. consistit in prærogativa potestatis seu iurisdictionis, secundum quam Archidiacus maior est Archipresbytero, Archiepiscopus Episcopo.
- 5 Majoritas Eccles. consistit in prærogativa antiquitatis, cui magna est reverentia exhibenda.
- 6 Antiquitas prærogativa vel consideratur ratione aetatis, vel ratione temporis.
- 7 Majoritas Eccles. consistit in prærogativa ordinantis.
- 8 Præbenda primo vacatura in affectione preferitur posterius receptus in Canonum illi, qui ordinaria auctoritate prius receptus est.
- 9 Obedientia largè sumitur pro executione cuiuscumque rei, qua potest cadere sub precepto.
- 10 Obedientia specialiter accipitur pro executione precepti expressi, vel taciti, non ex quacunque intentione, sed ex eo solum precipitur.
- 11 Obedientia in rub. sumitur prout est virtus specialis, secundum quam omnis subditus tenetur omni iuri obediens suis superioribus.
- 12 Obedientia formalis est virtus indicans voluntatem ad prompte & faciliter implendum præceptum, seu voluntatem superioris.
- 13 Inobedientia est virtus inclinans ad non implendum præceptum, seu voluntatem superioris præcipiens quia talis.
- 14 Obedientia tripliciter ab aliquibus distinguitur, sufficiens, perfecta, & indisciplina.

SVPER hanc rubr. scripserunt Bellam, Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Felin. Zabar. Bald. Ioan. de Londris in breviario sanctorum Canonum, fol. 165. Guillelm. Durand. in speculo iuris, l. 4 sub hoc tit. & in breviae iuris Canon, fol. 36. verso, Petr. de Rauenna in compendio iuris Canonici, Martin. Melfart. in epitome Decret. fol. 48. verso, Dan. Venator in analysi method. iur. Ponit à pag. Goffred. & Holt. in sum. cuiusdem tit. Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in paratilis ad quinque libros Decret. Barth. Carthag. in expofit titulorum iuris Canon. Zypar. in analysi postremi iur. Eccles. enarrat. pag. 54. nouissime Ioan. Honor. l. 1 sum. in Decret. omnibus sub hoc tit.

2 Majoritas in Republ. Ecclesiastica iure optimo instituta fuit, oportuit namque in reverentia exhibenda, & honoribus impendendis etiam inter personas Ecclesiasticas distinctionem fieri, ut probat Abb. in cap. 1. hoc tit. Holt. in sum. eiusdem tit. in principio Nañ que madmodum in Ecclesia triumphantem sunt Angeli, Archangeli, & alij spiritus, non tamen sunt in officio, & potestate pares, sed nimium differentes cum alij alij sint superiores ita & in Ecclesia militante non omnes debent esse pares in potestate &

officio, sed alij maiores, alij vero minores ita arguit text. opt. in c. ad hoc 89. dist. sic alias in corpore natura- liter omnia membra non eundem actum habent, ex Paul. ad Roman. 12. imo distincta habeant officia, & diuersas operationes, aliisque aliis sunt subordinata, ex eod. Paul. ad Corin. 12. quæ varietas per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem manifestat. text. in c. singula 89. dist.

Quæ quidem majoritas Ecclesiastica in quatuor consistit, primò in prærogativa ordinis, secundum quam Presbyteri Episcopos tanquam superioribus debent esse subiecti, iuxta c. legimus 9. dist. c. colim. c. Episcopos 95. dist. & quæ ibi dixi, & de offic. & potest. Episc. p. 1. tit. 1. c. Et sic ratione eiusdem majoritatis in ordine consistens Diaconus Presbytero, subdiaconus Diacono, Acolythus subdiacono, & sic de ceteris debent esse subiecti, d. c. legimus, c. statutus hoc tit.

Secundò consistit prædicta majoritas in prærogativa potestatis, seu iurisdictionis, secundum quam Archidiacus maior est Archipresbytero, c. perle-ctis, verbo, Archipresbyter 25. dist. Archiepiscopus Episcopo, Patriarcha, seu Primas Archiepiscopo, c. placuit 18. dist.

Tertiò consistit majoritas in prærogativa antiquitatis, cui magnam esse reverentiam exhibendam, tinxerunt sanctorum Patrum decreta, c. quanto, ibi, sicut restatur antiquitas, vbi glossa iura similia citat, de translat. Præl. testam. ibi, remedium est mos fidelissime vetustatis, c. de testam. hac autem antiquitas vel consideratur ratione aetatis, de qua in l. semper, ff. de iure immuno. c. dudum 22. usq. 1. ibi, aetate, de elect. Vel consideratur ratione temporis, de qua l. quoties 99. ff. de reg. iuris reg qui prior. eod. tit. in 6. c. duobus 14. vers. si vero, de script. eod. l. text. opt. in c. 1. hoc eod. tit. vbi glossa. verbo fuerit, text. in l. 1. ff. de albo inscrib. Intellige datis partibus terminis, & ita si concurrunt dñs, vel tres eisdem ordinis, seu dignitatis, antiquior est præferendus, iuxta a. 1. & a. 1. fecus alias; unde si maior in ordine concurrat cum antiquiori minori in ordine, tunc maior ordine est præferendus, quamvis sit posterior tempore, text. opt. vbi notant Abb. & Doctores d. c. statutus, hoc si nisi alias detor consuetudo in contrarium, prout videtur esse illa, de qua in e. vlt. de consuet. lib. 6.

Quartò consistit majoritas in prærogativa ordinantis, de qua in c. persas, hoc si. vbi ordinatus à Papa præferendus est ordinatus ab inferiori, quamvis hic antiquior sit dummodo tamen in eodem gradu concurrent, quod ex illo text. deducit gl. 1. in c. 1. vbi Abb. 1. 4. hoc tit. text. melior in 1. 2. ff. de albo inscrib. Sic ille, qui posterius receptus est in Canonicum auctoritate Apostolica, præferendus est in affectione præbendæ, qua primò vacauerit, illi qui ordinaria auctoritate prius receptus est, text. opt. in c. bi qui i. 2. de præbend. in 6. vbi Domin. n. 5. Franch. n. 3. Dec. in c. relatum n. 6. de præbend. Staphil. de literis gratia, tit. de formis mand. §. 3. forma, n. 8. & tit. de form. expellitiam, §. 6. hactenus n. 2. sic limata reg. e. qui prior. de reg. iuris in 6.

Obedientia.] Duobus modis accipitur: prior modo largè & generaliter pro executione cuiuscumque rei, quæ potest cadere sub precepto, que fit non ratione ipsius præcepti solùm, sed ex quacunque alia intentione, & hæc propriè & formaliter non est virtus, specialis obedientia, sed erit illa ad quam pertinet actus, qui præcipitur: sic sanè ille, qui humili, castus, & pacificus fuerit, quamvis Deus has omnes virtutes præcipiat, non tamen est verum dicere illum formaliter habere virtutē obedientie speciale, sed virtutem humilitatis, castitatis, & mansuetudinis, quam-

nis non habeat virtutem obedientia, generali, quatenus Deo illas virtutes praeipienti obediens est, tamen illas amplectitur non solum ratione praecepti, sed ex quacunque alia intentione, quia vide-
t o licet de se sunt appetibilis, vel ex alia causa. Posteriori vero modo accipitur specialiter pro executione praecepti expressi, vel taciti, non ex quacunque intentione, sed ex eo solum quod praecepitur, & ita eius formale obiectum est praeceptum superioris, & illius voluntas, cui formaliter aliquis intendit obedi-
re, & hac est propria & specialis obedientiae virtus, qua inter omnes virtutes morales laudabilior & excellentior est, per quam propria voluntas ma-
teratur, & a superiori praecipiente efficaciter dirigitur, iuxta text. *in c. sciendis vers. obedientia 8. q. 1. a. vlt. in princ. 2. 3. q. 1.* sic per contrarium inobedientia specialis & formalis in eo consistit quod quis non faciat id, quod praecepitur, & praeceptum transgreditur eo quod principaliter superiori praeipienti non vult obediare, alias enim si alia intentione, aut respectu non faciat, nec obtemperet, veluti per superbiam, libidinem, aut avaritiam, inobedientia quidem erit generalis & materialis, specialiter tamen, & for-
maliter talis non erit, sed ad eam peccati speciem pertinebit, sub qua peccati transgressio continetur, & ita erit peccatum superbiae, luxuriae, seu avaritiae. Colliguntur haec ex D. Thom. 2. 2. q. 104. art. 1. & seqq. ubi Caet. & q. 105. art. 1. ad 1. Syluest. & *summa verbo, obedientia, Host. in sum. huius tit. Nauar. in man. c. 2. 3. n. 35. Cour. in cap. alma mater p. 1. §. 9. num. 5.*

11 In hac autem rubr. sumitur obedientia posteriori modo prout est virtus specialis, secundum quam omnis subditus tenetur omni iure obediare suis supe-
rioribus in terminis in quibus subiecitur illis, & superiores saltem praeumpti licet praecipiunt, ex Paul. ad Hebr. vlt. *Obedite Prepositis vestris*, text. opt. in c. 2. de consil. c. vlt. hoc tit. l. 2. ff. de iustit. S. Thom. d. q. 104. art. 1. quae quidem parenti necessitatibus ipsos su-
pertos Principes comprehendit, quos etiam Episcopis obediere B. Petrus praecepit iuxta text. *in c. omnes Principes, sub hoc tit. quin etiam ipse Imper. Archiepiscopis & Episcopis reverenter assurgere debet, & iuxta se venerabilem fedem eis assignare*, ut probat text. *elegans in exposito, vers. hoc autem, hoc tit.* Illud autem adiuvante hanc obedientia obligationem multo strictius incumbe clericis erga suos superiores Ecclesiasticos, iuxta text. *in c. qui suis 9. 3. dist. c. in omnibus, de conser. dist. 5. c. 2. c. quod super, c. bis qua, hoc tit. c. cum non licet, de prescripti.* idque adeo ut in-
ter iura Episcopalis, quae Episcopis debentur, canonica obedientia, & subiectio, reverentiaque con-
numerentur *in c. conquerente 16. de offic. ordin.* que quidem tria uno tantum respectu Episcopis, nempe in quantum sunt Praelati, debentur, per obedientiam namque tenentur subditi suorum Praelatorum prae-
cepta servare, adiuvit in proposito Abb. in d. c. his, que, notab. 4. per subiectiorem tenentur abstinere quominus suis Praelatis inuitis aliorum Praelatorum iudicium subeant, iuxta c. nullus, cum multis *ibid. 9. q. 2. c. significasti, vers. clerici, de fero compet.* per reue-
rentiam denique tenentur eisdem Praelatis signa honoris per corporis inclinationem exhibere *c. quam- quam, ibi, obsequi reuerentiam 2. 3. dist. obferuat Abb.* per text. *ibi, in d. notab. 4. quamvis idem Abb. in d. c. conquerente, n. 2. arbitretur praedicta, tria Episcopis non uno tantum respectu hoc est, in quantum sunt Praelati, sed alii diuersis respectibus, de quibus ibi, illis debita esse.*

12 Ex quibus omnibus consequitur recte describi

obedientiam formalem quod sit virtus indicans voluntatem ad prompte & faciliter impletendum praeceptum, seu voluntatem superioris, praeipientis, quia talis, ita colligitur ex c. vlt. 2. 3. q. 1. & ex mente D. Thom. q. 2. 2. 104. art. 2. ad 3. & in corpore, Syluest. *in summa verbo, obedientia, n. 1. Vigner. inst. moral. c. 1. §. 9. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 1. q. 19. art. 1. nec multum discrepat definitio, quam tradit D. Anton. in sum p. 4. tit. 3. c. 11. §. 1. & alia relata à Nauar. in man. c. 2. 4. n. 35.* Per contrarium vero inobedientia deserbitur quod sit vitium inclinans ad non impletendum praeceptum, seu voluntatem superioris praeipientis quia talis, ut colligitur ex Nauar. & Vigner. *citatis locis.* Dux in veraque definitione, *inclinans ad impletandum, vel non adimplendum praeceptum*, quia differentia specifica, per quam obedientia ad alios virtutibus & inobedientia a reliquis viris distinguitur, ea est, quia illa in eo consistit ut præceptis superioris obtemperemus, hæc vero, ut illorum omittamus obseruantiam. Dux, *qua talis, ut significare obedientiam, prout est specialis virtus, tunc principaliter, & propriè datur, cum principaliter sit opus præceptum, qua præceptum est. Adieci denique, præceptum, seu voluntatem superioris præcientis, ut ostenderem obediencie, vel inobedientie subiectum versari circa præceptum expressum, vel tacitum, id est, voluntatem præcep-
tum superioris, quæ quoquem modo nobis innotescit, non enim verba, vel modum, quo superius præcepit, sed voluntatem præcipendi oportet infipere, ut bene explicat Vigner. *d. loco,* & ex auctoritate text. *in c. reg. 1. q. 3.* cum similibus notat Nauar. *in man. c. 2. 3. n. 39.* & ex auctoritate Pauli com-
probat Bernard. Rossigrol. *de actionibus viriatis lib. 2. c. 9. vers. secundum iudicium.**

Vnde quamvis Doctores triplicem obedientiam soleant distinguere, sufficientem, scilicet perfectam, & discretam: sufficientem quando superiori obtemperamus in necessariis, perfectam quando obtemperamus in licitis, non tamen necessariis, indiscretam quando in illicitis, ut tradit D. Thom. d. q. 104. art. 5. *in fine*, quem omnes sequuntur. Propriè tamen obedientia est sola illa primi generis, quae scilicet circa necessaria versatur, cum enim confitatur formaliter in præcepti obseruantiam qua tale est, & præceptum necessitatem inducat, recte sequitur tunc deinde propriè dari obedientiam cum fit id quod necessarium est, non ita si fiat quod est licetum, non tamen necessarium, vel illicitum, quia illicitum obediere non virtus est, sed vitium, ex statim dicendis ac subinde ad virtutem obedientiae non pertinet; est tamen distinctione illa valde utilis, & ad multa notabilis, & præcipue, quia prima non solum habet meritum, sed pœnam si non fiat quod præcepitur: secunda meri-
tum quidem habet si fiat, veluti si adimpleatur consilium, non ita pœnam si omittatur, ut in vtroque membro probat text. *in c. vlt. 1. 4. q. 1.* Tertia denique illicita est, & peccatum habet, *c. non semper, c. non seqq. 1. 1. q. 3. c. inquisitioni, de sent. excom.*

S V M M A R I V M.

- 1 Ordinatus primus, habetur prior & maior in honore.
- 2 Nobilis tanto melior, quanto antiquior.
- 3 Seniores in dicendis sententiis sunt preferendi.
- 4 Prior descriptus dicitur dignior, & procedere debet.
- 5 Antiquior in Collegio aliis preferitur.
- 6 Maior dicitur respectu honoris, & prælationis.
- 7 Episcopus consecratione, sive Canonicus creatione antiquior inter Episcopos, sive Canonicos primus sedet.

¶ Catorius

De Majorit. & obed. Tit. XXXIII. 285

- 8 Canonicus, seu beneficiarius, index, & officialis, qui praeuenit in apprehendenda possessione, & antiquiori receptione procedere debet alios stallo, voce & aliis prærogatiis.
- 9 Prior in tempore prior est iure.
- 10 Prior nominatus censetur magis dilectus.
- 11 Nominatio prior maiorem dignitatem, arguit.

C A P. Cùm certum. I. Greg.

1 P rimò ordinatus cæteris paribus prior, & maior habendus est. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Anan. Innoc. Imol. Butr. Panormit. Felin. Henric. Anch. Bald. Host. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontifici, pag. 472. Alagona in compendio iuris Canon, pag. 164. remissiu Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 15. c. 1. & est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. p. 44. cap. 1.

2 Prior.] Notatur ad hoc quod nobilis tanto melior, quanto antiquior, Ioseph. Seile Aragonia decif. 6. n. 12. & decif. 8. n. 7. tenet quod cæteri sunt præferendi in sessionibus, & cæteris id genus, de quo etiam 3 Tiraq. de nobilit. c. 20. n. 52. Vnde seniores in dicendis sententiis sunt præferendi. Illafris. D meus Roder. à Cunha in com. ad c. vlt. n. 4. & c. dist. 26. Tiraq. de iure prim. in pref. n. 112. & n. 111 quod prius debent subscribere, & n. 119. quod senior Collegij Collegium conuocat; ratio est, quia prior descriptus dicitur dignior, & præcedere debet, lib. 1. ff. de albo scrib. Peregrin. conf. 4. n. 60. Paril. conf. 38. n. 26. quos refert. Mar. Ant. var. lib. 1. resol. 8. n. 1. Vnde prærogatiuam maioris dignitatis argui loqui prius in Synodo, vt per Tiraq. vbi supra n. 13. Gam. Lufst. decif. 1. n. 1. Nauar. in c. inter verba prælat. n. 1. Cabed. diuers. iuria argum. lib. 1. c. 1. n. 3. vers. quinto, Galp. Stat. de antiqu. Lufst. c. 6. n. 1. Et antiquior in Collegio alii præfertur, Henr. conf. 47. n. 6. vbi n. 7 quod vbi fuit in Canonicis plures delegati à Summo Pontifici antiquior in salutatione antefertur.

6 Et maior.] Notatur ad hoc quod maior dicitur respectu honoris, & prælationis, vt per Steph. Grat. discept. forens. c. 11. n. 68.

7 Qui prius, &c.] Notatur ad hoc quod Episcopus consecratione, sive Canonicus creatione antiquior inter Episcopos sive Canonicos primus sedet, Marc. Anton. Genuen. in practic. Eccles. q. 610. Ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 1 tit. 3 c. 8. n. 65. optimè Menoch. concil. 126. n. 30. vbi etiam quod inter Monachos illi præfertur, qui prius fuerunt intituti, & quod antiquior Doctor iuniori est præferendum. Hinc etiam infertur Canonicum, seu beneficium, iudicem, aut officiale, qui præuenit, in apprehendenda possessione, & in antiquiori receptione, præcedere debet alios in stallo, voce, optione, atque aliis prærogatiis, & præminentia, Caffan. in catalogo gloria mundi, p. 4. confid. 6. & p. 11. confid. 17. vers. & non solum hac antiquitas, Rebuff. in tract. nominat. q. 11. n. 4. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. § 3. pream. n. 23. vbi n. 1. dicit hoc procedere quamvis aliis sit in prouisione prior, si tamen sit in possessione posterior, etiam per eum non steterit, quod possessionem prius ceperit, sed propter item, vel aliud obstatum fuerit impeditus. An autem & quando possessione Canonicus sive dignitatis, quæ sit de Capitulo, capitulo sit capienda, latè agit Ferentil. n. 10. n. 1. ad decif. 5. 18. Buratt.

In gloss. Fuerit, ibi, qui prior est tempore, potior est iure. Vide Flores de Mena var. lib. 1. q. 6. art. 3. n. 24. Card. Tuscl. tom. 5. lit. P. concil. 465. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 3. pream. n. 22. Mant. de tacitus & ambig. concord. lib. 11. tit. 22. n. 1. Marc. Anton. var. lib. 1. resol. 8. n. 7. & lib. 2. resol. 50. n. 52. cum aliis citatis ad reg. qui prior, de regulis iuris in 6. Hinc prior nominatus censetur magis dilectus, l. s. communis iuris 2. ff. de stipul. iuris c. si quis, de elect. in 6. Thom. de Thomas. reg. 235. Card. Mantica de conciliis vlt. volunt. lib. 6. tit. 11. n. 13. & lib. 8. tit. 4. n. 12. & tit. 9. n. 7. Menoch. de presumpt. lib. 4. de presumpt. 16. num. 3. cum seq. Scob. de ratiocin. tit. de computat. cap. 10. num. 1. Et prior nominatio maiorem dignitatem arguit, Tiraq. de iure primog. quest. 10. 52.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopi decretum vel constitutionem impugnans debet excommunicari.
- 2 Episcopus in Synodo diocesana potest pro sua diocesi facere constitutiones, dummodo non contraveniente sacris Canonibus.
- 3 Obedire Episcopo tenentur Clerici in negotiis, pertinentibus ad statum clericalem, alias possent puri.
- 4 Principis mandatis est parendum.
- 5 Mandata contemnenies barefim contrahunt.
- 6 Obedire legibus tenemur in foro conscientia.
- 7 Praeceptum Ecclesiasticum in materia gravi violare in genere sua gravis culpa est.
- 8 Causa maiores ad Sedem Apost. deferuntur.
- 9 Causa maiores que dicantur, ostenduntur.
- 10 Laici in quibus debeant obedire Papæ, remissiu.
- 11 Principi iniusta præcipienti obediendum non est.
- 12 Principi non potest dici, cur ita facis.
- 13 Index inferior potest differre executionem sententias Principis, qua condemnavit aliquem iracundia motus, aut ob vindictam non servato iuris ordine.

C A P. Si quis. II.

E piscopi decreto non obediens est excommunicandus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innoc. Henric. Host. Panormit. Imol. Anan. Butr. Bald. Felin. Anch. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontifici pag. 472. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 165. remissiu Catal. in annos. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Augustin. collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 15. cap. 3. & 4. & apud Burch. lib. 1. 3. cap. 2. 3. Ioan. p. 16. cap. 24.

Contra decretum Episcopi.] Ergo Episcopus potest facere decretum sive constitutionem in Synodo diocesana, vt hic adnoscatur gloss. verbo decretum, & tenent Duenh. regul. 145. Azor. inst. moral. p. 2. lib. 2. c. 47. q. vlt. Ego ipse de offic. & potest. Episcop. p. 3. allegat. 93. n. 23. dummodo non contravenient sacris Canonibus, constitutionis 14. q. 2. Abb. in c. fin. sup. de confut. n. 7. & 8. & ibi Roch. de Curte scil. 3. n. 7. q. 11. Henr. Bott. de synodo Episcop. p. 3. art. 1. concil. 8. à n. 36. Praxis noua Episc. p. 2. c. 2. n. 7. quos referto ego ipse d. alleg. 9. i. n. 29. vbi n. 31. referto aliquos casus, quibus potest Episcopus statuere contra Canones, & constitutiones Summorum Pontificum.

Ab Ecclesia abiciuntur, &c.] Notatur ad hoc quod in negotiis pertinentibus ad statum Clericalem tenentur Clerici obediere Episcopo, alias possent puri.

nisi, ut per Marc. Anton. Genuen. in practic. Eccl. q. 2. 40. n. 1.

Qui non obedierit Principi, &c.] Notatur ad hoc quod Principis mandatis est parentum, & non obediens poena mortis punitur, ut per Clar. §. fin. 9. 60. vers. 10. dubitari. Hier. Giach. in consil. syndicatus, n. 19. Menoch. de arbitrar. casu 26. 5. à n. 1. & cons. 28. num. 3. & 4. Perez gloss. 1. l. 13. tit. 19. lib. 8. Ordin. Farin. in praxi crimin. p. 3. q. 97. n. 1. cum multis seqq. Contemnentes verò mandata Summi Pontificis, contrahunt hæresim, Hieron. Giach. d. cons. de syndicatus, n. 338.

6 Vnde in foro conscientia tenemur legibus obediens, Perez l. 7 gloss. 1. pag. 887. col. 2. ante med. tit. 18.

7 lib. 8. Ordin. violare enim præceptum Ecclesiasticum in materia gravi in genere suo gravis culpa est, D. Thom. 1. 2. q. 96. art. 4. Sot. de iust. lib. 1. q. 6. art. 4. Castr. de lege pœnali, lib. 1. c. 4. & 8. Azeued. l. 3. n. 11. tit. 4. lib. 8. noua recop. plures referunt Doctores Cened. ad Decretal. collect. 2. n. 2. multò plures citat Sanch. in præcepta Decalogi, lib. 1. c. 1. à n. 4. alios cunctu ego ipse ad gloss. verbo, constituerunt, in e. quia in Ecclesiasticum supra de consit.

8 In gloss. Decretum, ibi, Sed in maioribus negotiis non possunt aliquid statuere. Notatur ad hoc quod causa omnes maiores ad Sedem Apost. referuntur. Ego ipse de offic. & potest Episcop. p. 3. alleg. 19. n. 4. vbi dico causas maiores conferri quæstiones, quæ spectant ad articulos Fidei intelligendos, ad Canonicos libros discernendos, ad sententiam sacrum literarum declarandum approbadūque, ad interpretandas quæ dubia sunt, vel obscuræ in controversiis Fidei in iure Divino, vel Canonico, item ad declarandum quæ ad Sacra menta pertinent, videlicet ad materiam formam, & ministerium, & alia huiusmodi.

9 In gloss. Principi, ibi, Sed nunquid Laici debens obediens Papa. Hanc quæstionem ex professo disputauit in meo tract. de offic. & potest. Episcop. p. 1. tit. 3. c. 2. n. 19. cum multis seqg.

10 In gloss. Mortis, ibi, Si est iniustum, & hoc est manifestum, non obediens. Notatur ad hoc quod Principi iniusta præcipienti obediendum non est, ut per Farin. d. q. 97. à n. 4. Erafm. a Cochier. de iuris Ordinariis in exemplis, lib. 2. q. 13. n. 1. præcipitum quando aperte, & manifestè Princeps iniustum præcipit, Greg. de Valent. tom. 3. disp. 4. q. 3. p. 2. Aldrete de religiosa disciplina tuenda, lib. 2. c. 4. vel evidenter constet esse contra Divinum præceptum, vel alterius præminentioris, aut Sacrae Scripturæ, secus si contra ius positivum, statutarium, vel coniugidianum, nisi etiam plane, & manifestè constet excedere sua potestatis limites, Valent. & Farin. vbi proxime. Non est semper inquinandum rationalibus eorum, quæ constitutuntur, l. non omnium, ff. de legib. nec tam propter rationem legum, quam propter auctoritatem constitutum. quæ legibus obtemperandum est, l. de quibus 32. ff. de legib. Galg. de iure publico, lib. 1. tit. 4. n. 34. Principi enim non potest dici, cur ita facis, Afflict. decif. 165. n. 6. Menoch. cons. 10. 3. n. 38. & cons. 18. 1. n. 4. Caſſan. in catalogo gloria mundi, p. 5. consid. 35. vers. & ut semel. Mench. vñfreg. c. 1. n. 4. Peregrin. de iure fisci, lib. 1. tract. 3. n. 4. & 64. Farin. d. q. 97. n. 16. & 27. Hieron. Giach. d. cons. de syndicatus, n. 42. 5.

11 Ex quibus infertur per iudicem inferiorem differendam esse principis sententia executionem, qua condemnata aliquem iracundia motus, aut ob vindictam, non seruato iuris ordine, per l. vindicari, C. de pœnis, resoluunt Cou. in reg. peccatum p. 1. in initio n. 5. & lib. 2. var. c. 8. n. 1. vers. secundò infertur, Aules ad c. 1. Pratorum, verbo, mandamientos, n. 19. cum

seqq. fol. vñb. 52. vers. 9. Menoch. de arbitri. casu 34. Bobadil. in sua politica, lib. 2. c. 10. n. 76. Azeued. l. 14. n. 47. tit. 3. lib. 1. noua recop. Farin. in praxi crimin. p. 3. tit. de pœnis temper. q. 97. n. 34. Pined. in vita S. Ioannis Baptista, lib. 3. art. 1. c. 3. §. 2. 42. pag. 53. Anton. Gam. in tract. de Sacram. prefatam vltimo supplicio damnatis, q. 1. n. 1. plures referunt Doctores Cened. ad Decretales collect. 3. n. 1. & Canon. ac pract. quæst. lib. 1. quæst. 9. num. 17.

C A P. Legebatur. III. Leo.

Clericus, qui sponte obedit, non est necesse vt scriptio vel iuramento spondeat obedientiam Episcopo. Colligunt ex Ord. Abb. antiqu. Zabar. Collect. Bellam. Joan. Andr. Anan. Innoc. Imol. Host. Felin. Anch. Innoc. Bald. Henric. Boich. Viu. in ratione primi libri iur. Pontif. pag. 473. Alagona in compend. iur. Can. pag. 165. remissiu Ximen. in concord. p. 1. & 2. referuntur ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 15. c. 2.

In gloss. Aduentus, ibi, Et est hic arg. pro superfluis resecandis. Vide dicta ad proem. Decret. in verbo, resecatis superfluis n. 28.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopo tenentur omnes de diaœsi etiam Principes obediens, & n. 2.
- 3 Decimas prædialis illi Ecclesia solvere tenentur Reges & Principes vbi prædialia sunt, personales vero vbi diuina audiunt officia.
- 4 Citandus si habes multa domicilia inspicendum est illud, quod frequentius habitare consuevit.

C A P. Omnes. IV. Clem. III.

QMnes de diaœci etiam Principes debent obediens Episcopis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Zabar. Collect. Bellam. Joan. Andr. Anan. Innoc. Imol. Host. Felin. Anch. Innoc. Bald. Host. Viu. in ratione primi libri iur. Pontif. pag. 473. Alagona in compend. iur. Can. pag. 165. remissiu Ximen. in concord. p. 1. & 2. referuntur ab Anton. Aug. collect. Decret. lib. 1. tit. 25. c. 5. & apud Buchard. lib. 1. cap. 1. 15. Iuo part. 5. cap. 2. 15.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt, Perez l. 24. gloss. 1. post med. tit. 2. lib. 3. & 1. gloss. 2. in priu. tit. 15. lib. 8. Ordin. Lancel. Conrad. in compend. omnium iudic. lib. 8. c. 1. §. 1. q. 1. & 2. p. 1. De obedientia Episcopis exhibita à Catholicis Principibus ego ipse de officiis & potestate Episcop. p. 1. tit. 2. gloss. 1. n. 4.

In gloss. Omnes Principes, ibi, decimas prædialis, &c. Notatur ad hoc quod Reges, & Principes decimas prædialis illi Ecclesia solvere tenentur, vbi prædialia sunt; personales vbi diuina audiunt officia pro rata diuindendo si in pluribus locis diuina audierunt, ut per Corlet. in tract. de potestate Regia, q. 37. Rebuff. in tract. de decimis, q. 5. n. 26. Azor. in iust. moral. p. 1. lib. 7. c. 24. q. 1. Moneta de decimis, c. 5. q. 1. n. 26. vbi reprobat Trinit. decif. 29. n. 2. tenentem bona Principis non esse subiecta decimis.

In ead. gloss. ibi, Si audit in pluribus. Notatur ad hoc quod si citandus habet multa domicilia, in quibus

De Majorit. & obed. Tit. XXXIII. 287

bus habitat nunc hic, nunc illuc, inspiciendum est illius, quod frequenter habitare confluere, ut per Tiraq. de retral. lig. §. 9. gl. 2. n. 26.

S V M M A R I V M.

- 1 Inobedientia notam incurrit non obediens Apostolicis Canonibus.
- 2 Obedientia plura, ubi innueratur, remissione.
- 3 Obedientia concordiam confernat in Angelis, pacem nutrit in Monachis, tranquillitatem generat in ciuibus.

C A P. Illud Dominus. V. Innoc. III.

1 Nobedientiae notam incurrit non obediens Apostolicis Canonibus. Colligunt ex Ord. Abb. antiqu. Zabarel. Collect. Bellam. Henric. Ioan. Andr. Panorm. Felin. Bald. Butr. Imola. Anania. Innocent. Hoff. Anch. Vitian. in rationali primi libri iuris Pontificis pag. 472. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 16. remissione Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 5. Decret. lib. 1. tit. 2. c. 1.

2 Et obedientia melior sit, &c. Plura de obediencia tradunt Perez. l. 1. gloss. 1. colum. 1. in princ. iii. 5. lib. 8. Ordin. Azeued. l. 8. num. 6. tit. 2. 3. lib. 4. & l. 1. num. 6. cum seqq. tit. 5. lib. 8. noua recop. Ioann. Baptista fin. de regulis iuris, b. 1. & 2. Hac est illa, ut afferit August. que concordiam confernat in Angelis, pacem nutrit in Monachis, tranquillitatem generat in ciuibus, vnde enorme vitium obediencie contrarium fuit, per hoc enim celum diabolus perdidit, & homo paradisum amisit, Saül regnum, Salomon diuinum amorem. Obedientia sancta, tu Christi sponsa, tu perfecta Scala, per quam celum conditur, tu quadriga, qua Helias vectus est in paradisum, tu fidelibus porta es paradisi, & clausura inferni, tu humilitatem nutrit, patientiam probas, & mansuetudinem examinas.

S V M M A R I V M.

- 1 Imperium non praest sacerdotio, sed subest.
- 2 Causa, & occasio in quo differant, remissione.
- 3 Declaratur auctoritas illa, subiecti estat, &c. a Doctrinibus ciratis.
- 4 Imperator in temporalibus quam potestatem habeat ostenditur.
- 5 Anima pretiosior est corpore.
- 6 Papa comparatur Soli.
- 7 Dextra nobilior est.
- 8 Paulus cur aliquando à dextris, Petrus vero à sinistris ponatur, ostenditur.
- 9 Dilectio cuiuscumque est generatio, & omnia comprehendit.
- 10 Dilectio, tanquam quandoque, similitudinem potius quam veritatem denotat.
- 11 Verbum nullum in scriptis debet esse otiosum.
- 12 Lex non debet habere unam syllabam superfluam, & vacuam.
- 13 Lex ubi non distinguit, nec nos distinguiere debemus.
- 14 Omnia qui dicit nihil excipit.

C A P. Solitæ. VI.

1 Imperator praecellit illos etiam Episcopos, qui ab eo accipiunt temporalia, sed Episcopus praecellit

in spiritualibus, quae sunt potiora, & de Sacerdotibus intelligitur illud Hierem. 1. *Ecce cor meum te super gentes, & regna, & dignitas Pontificalis est luminare manus, quod praest diei, minus est Regale, quod praest carnalibus.* Item Episcopus non debet sedere iuxta scabellum pedum in sinistra parte Imperatoris, sed Imperator ei infurgat, & assignet venerabilem sedem iuxta se. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiqu. Collect. Zabarel. Innocent. Bellam. Ioann. Andr. Anania. Burr. Anch. Hoffiens. Panorm. Barbat. Bald. Felin. Imola. Vitian. in rationali primi libri iuris Pontificis pag. 472. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 165. remissione Casal. n. annos. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 5. Decret. lib. 1. tit. 2. 5. cap. 2.

Non causam, sed occasionem.] Vide Bart. in l. demon. stratio, §. 1. num. 5. ff. ad condit. & demonst. Dec. in cap. vlt. num. 1. de confirm. vtili. Tiraq. tract. cessante causa, limit. 1. 3. à prim. Et quid sit causa, Archid. in cap. consequens, num. 2. dist. 11. vide latè ad rub. de causa poffit. quod occasio sit causa remota, Azeued. l. 6. n. 1. tit. 8. lib. 5. noua recop.

Subdit estore.] Vide l. 5. tit. 1. part. 2. ubi gloss. 5. & 3. l. 15. tit. 13. p. 2. ubi gloss. 3. Perez. l. 24. gloss. 1. tit. 2. lib. 1. & l. 1. gloss. 1. & 1. ad finem, tit. 5. lib. 8. Ordin. Ioan. Garc. de nobilit. gloss. 9. num. 9. vers. quinta, Ioan. Baptista Fin. de regulis iuris, b. 2. 2. vers. die quod Deo.

In temporalibus illos dumtaxat, &c.] Ratio est, quia 4 Imperator in temporalibus non generaliter in omnes praecellit, sicut Pontifex in omnes praecellit in spiritualibus, sed in illos dumtaxat, qui ab eo recipiunt temporalia regna scilicet, & feuda, & eum recognoscunt in superiore, non vero in omnes: tum quia potestas spiritualis in uno Pontifice refidet, ut capite, temporalis vero licet una sit data à Deo, in plures dividitur, ita Iacob. Valdef. de dignitate regum, regorumque Hispanæ, c. 19. n. 6. De differentia inter Pontificem. Summum, & Imperatorem, vide Lancelot. Conrad. in templo omnium ind. lib. 1. c. 1. in princ. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 1. à n. 33. faciunt quæ ego ipse de officio & potestate Episcopi, p. 1. tit. 2. gl. 1. à n. 1.

Quantum anima praefert corpori.] Nam anima pretiosior est corpore. Cardos. in praxi Iudicium. & Adversat. verbo, anima, n. 1. & id. non recte infertur de anima ad corpus, vel è conuerso, Steph. Gratian. discept. foren. c. 200. n. 22.

Quod fecit Deus duo magna luminaria, &c.] Sicut summus rerum opifex Deus duo luminaria posuit in celo omnino distincta, ita duos etiam gladios, seu magis potestatem duplcent, & imperium in terris, Ecclesiasticum nempe, & seculariter omnino distinctum, & alterum ab altero segregatum constituit, ut alterum alteri impedimento esse nullo modo posset, Victor. de potestate. Ecclesiæ, q. 1. à num. 10. post Perez Rebuff. & alios, resoluti Cald. Pereira de nominat. embry. q. 2. num. 49. Papa comparatur Soli, qui est maior Luna quantitate, dignitate, officio, & sublimitate, & sicut Sol praest Luna, ita Papa Imperatori, Lud. Carrer. in tract. de hereticis, sub n. 30. Hier. Giach. n. consil. syndicatus, n. 33. 1. cum seqq. & num. 3. 4. 1. resoluti quod Papa est dominus dominantium, & habet ins. Regis regum in subditos, & est culmen ceterorum quos intellectus potest imaginare. De supra etius potestate in uniuersum orbem ex professo tractauit de officio, & potestate Episcopi, p. 1. tit. 3. cap. 2. per totum.

In sinistra parte sedere.] Notatur ad hoc quod dextra nobilior est, ut per Caftald. de Imp. q. 88. num. 94. Tiraq. de iure primog. in prefat. num. 13. & 14. Azeued.

ad Curiam Pisanam, lib. 2. cap. 2. num. 9. Franc. Ribeira in 1. ad Hebre. num. 20. Ioan. Ferdinand. in thesauro verbo duxira, Pined. in lib. cap. 1. verf. 8. num. 9. Rot. in Cesaraugustana preminentiarum 19. Novembri 1627. coram R. D. Coccino Decano vers. unde. Fulu. Pacian. de probat lib. 2. cap. 15. n. 90. Ioan. Garc. de nobilitate, gloss. 48. n. 24. Iacob. Valdef. de dignitate Regum, regnorumque Hispania, in proem. num. 23. quod etiam probant ex cap. 15. Mathai. vbi electi ad dexteram Dei in iudicio collocauntur, & ex cap. 26. Amodo videbitis filium hominis sedentem à dexteris virtutis Dei. Ad dexteram tamen, vel sinistram sedere non semper maiorem dignitatem arguit, vt eleganter adiuvet Card. Cæl. Baron. tom. 3. annalium Ecclesiæ, anno Christi 325. & tom. 6. anno 451. & tom. 2. anno 111. quia antiquitus in pluribus locis dignus erat sedere ad sinistram, quam ad dexteram. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 106. n. 43. Buratt. decisi. 488. num. 7. Unde situs ad dexteram non inferit per necessitatem preminentiam eius qui sedet à sinistra, vt fuit dictum in Calaguritanis preminentiarum 2. Decembri 1602. coram Iusto, & in Cephaludene. Archidiaconum 18. Marij 1624. coram bona memoria Dunozetto Archiepiscopo Seleucien. nam in sacrificio Missæ Epistola ad dexteram, & Euangeliū dignius ad sinistram canuntur; & in Indo scacchorum vxor regis nigri stat ad dexteram viri, Almar. Pelag. de planctu Ecclesiæ, lib. 1. cap. 19. in fine, Caffan. in catalogo gloria mundi, part. 2. confid. 21. & seqq. Et in Bullis, in quibus adest sigillum plumbeum Pontificis, ponitur Paulus à dextris, & Petrus à sinistris, vt apud omnes in confessio est, cum nullus neget D. Petrum D. Paolo maiorem fuisse, quia Petrus conuersione prior, tum quia dignitate, & gradus excellētia maior; Durand. in rationali diuinorum, lib. 7. c. 15.

8 In exquirenda vero ratione, quare in Bullis Papa caput Pauli à dextris Crucis, & caput Petri à sinistris ponatur, ac in sigillo plumbeo Pontificis ponatur Paulus à dextris, & Petrus à sinistris, laborans Doctores, propter quas varias adduxerunt super hoc significations, Franc. Mucantius in peculiari libello de Sanctorum Apost. Petri, & Pauli imaginibus, & Mar. Ant. Georg. in libello, inscripto, Statua D. Pauli à dextris D. Principis Ecclesiæ Petri non remouenda, nec eorum sanctissima capita conueraenda, sed eodem loco, quo statuit Ecclesia, conseruanda, Petr. Dam. in priuatis scriptis ad Defiderium Abbatum, qui vltra plura hinc inde deducta videntur concludere in Bullis, & sigillo plumbeo Pontificis cerni Paulum à dextris, & Petrum à sinistris, quia Paulus onus Euangelice predicationis ad gentes præcipue, Petrus vero ad circumcisos suscepit, Ecclesia autem translata ad gentes dexteram apud Dominum meruit, synagoga posthabita. Verum Illustris. Card. Bellarm. lib. 1. de Romano Pont. cap. 27. post multa concludit rectius posse dici non fuisse hoc perpetuum, vt in antiquis imaginibus Paulus dexteram partem occupet, siquidem in his, quæ Romæ nunc extant, vt in quibusdam Paulus cernitur ad dexteram, ita in aliis non paucioribus cernitur ad sinistram. Et fortasse consulto id veteres obseruantur, vt ex duobus summis Apostolicis modo unum, modo alterum anteposuerint, nimirum, vt hoc modo significarent hos Apostolos, vel pares esse inter se, vel certe ignorari vter alteri præster, nam eti Petrus maior est potestate, Paulus maior est sapientia, refero ego ipse de officio, & potestate Episcopi, p. 1. tit. 3. c. 8. n. 63.

9 *Nihil excipiens qui dixit quodcumque.*] Notatur ad hoc quod dictio, quacumque, est generalis, & omnia comprehendit, vt per Tiraq. de retrattu ligni. §. 1. gl. 3.

n. 20 Menoch. remed. 6. r. t. c. p. n. 15. Octavian. Vulpelli. de prepositionum, & adverbiorum signif. in dict. quicunque, p. 93. Marchesan. de commis. p. 1. pag. 241. n. 2. Card. Tusch. tom. 2. lit. D. concl. 151. Mar. Anton. var. resol. lib. 2. resol. 40. &c. &c. alios per me citatos in tract. de dict. ususq. dict. 317.

In gloss. Tanguam, ibi, quandoque similitudinem potius, quam veritatem not. Vide Octavian. Vulpeli. dict. in dict. statim, Card. Tusch. tom. 2. lit. D. concl. 385. n. 1. & alios per me citatos de dictiōibus & clausis. dict. 348.

In ead. gloss. ibi, *Quod nulla dictio debet uscire in recripsi.* Notatur ad hoc quod in rescriptis nullum verbum debet esse otiosum, imo nec syllaba, Dec. conf. 626. n. num. 7. Crauet. conf. 297. n. 4. Mar. Antoniu. var. resol. lib. 1. resol. 2. num. 4. Sic etiam lex non debet habere vnam syllabam superfluam, & vacuanam, Tiraq. de retrattu lign. gloss. 9. §. 2. n. 99. Mar. Anton. dict. 9. n. 3. Pute. decisi. 86. n. vlt. lib. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proem. num. 147. & 128. & gloss. 21. num. 5. & gloss. 30. num. 16. & gloss. 35. n. 3. Aldrete in alleg. pro omnimoda Regularium exempt. p. 1. c. 5. n. 11. in fine.

In gloss. *Non distingue, ibi, nec nos ergo distinguere debemus.* Notatur ad hoc quod lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus, Thom. de Thom. reg. 500. Surd. conf. §. 1. n. 7. & conf. 182. n. 1. §. & conf. 10. n. 50. Card. Tusch. tom. 3. lit. D. concl. 265. Armand. in proem. addit. ad recipil. legum Nauarre, num. 1. Cæl. Argel. de contradiſ. legitimo, q. 10 n. 14. & 24. cum aliis citatis in libello de principiis viriisque iuris, lit. L. n. 28. & in meo tract. de Axiom. iuris ususq. Axiom. 136. n. 2.

In gloss. *Quodcumque, ibi, qui dicit omnia, nihil excipit.* Burg. de Pace cors. 2. §. n. 28. Tiraq. in s. enigma, verbo, totam, n. 1. C. de renuand. donar. Surd. decisi. 265. n. 30. Thom. de Thom. regul. 252. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. n. 21. Marc. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 70. n. 18. cum aliis citatis in d. libello de principiis viri que iuris, lit. O. n. 4. & per me de dictiōibus, & clausis. dict. 107. n. 1. & de dictiōne ususq. dict. 241. n. 1. & in tract. de Axiom. iuris ususq. Axiom. 168. num. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordinati à Papa non sunt exempli, sed iurisdictiōnē Ordinarii subiecti, & n. .
- 3 Ordinatos à Papa nullus potest promouere sine Papa licentia, & ab eo solo deponuntur.
- 4 Ordines sacros recipiens à Papa est honorandus, & anteponendus in beneficiorum concursu.
- 5 Canonicus creatus à Papa ceteris paribus est preferendus Canonicō factō ab inferiori.
- 6 Proniſus à Papa est preferendus in concursu, data in omnibus paritate.
- 7 Proniſus à Papa, & proniſus ab Ordinario si sub eodem die, eodemque momento capiant possessiōnem, preferendus est proniſus à Papa.
- 8 Doct. à Principe creatus reliquis Doct. in dignior, sublimior, & potentior habetur.
- 9 Nobilitatus ab Imperatore, vel Rege preferuntur nobilitato ab inferiori.
- 10 Dignitas maior dignoscitur ex maiori sede.
- 11 Dignitas maior agnoscitur in subscriptione, & prima voce.

CAP.

C A P. Per tuas. VII.

Ordinatus Subdiaconus à Papa non eximitur ab obedientia Episcopi, sed ei inter alios ab Episcopo defertur ob tenerentiam Papæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Anania. Butr. Imola. Bald. Panorm. Felin. Host. Anch. Henric. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 474. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 165. remissiū Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. August. collect. 2. Decretal. lib. 1. tit. 21. cap. 5.

2. Collige ex text. ordinatos à Papa non esse exemptos, sed iurisdictioni Ordinarij subiectos, ut per Erasm. à Cochier. de iurisdictione Ordinarij in exemplis, part. 1. q. 2. 1. Habent tamen nonnulla priuilegia, vide-licet quod ad superiores Ordines nullus potest eos promovere sine ipsius Papæ licentia. Ego ipse de officiis & potest. Episcop. part. 3. alleg. 5. c. n. 23. & dixi ad c. c. in distriibut. sup de tempor. ordinari. Deinde conuinci, nonnisi pluribus testibus possunt. Erasm. à Coch. d. q. 21. in princ. Et à solo Papa deponuntur, glos. & Doct. in c. filium, q. 1. glos. 1. hic in fine. Capel. Tholosan. ubi addit. decisi. 293. Aloys. Ricc. in collect. decisionum, p. 5. collect. 1452. vers. inferior quareb. Ego ipse d. p. 3. alleg. 12. num. 12. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 5. n. 25.

4. *Inter alios tibi subditos, &c.*] Notatur ad hoc quod qui recipit facios Ordines à Papa est honorandus, & antepondens in beneficiorum concursu, ut per Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 3. proem. n. 1. t. Hinc Canonicum creatum à Papa cateris paribus esse preferendum Canonico factō ab inferiori, teneat idem Gonzal. ubi proxime n. 1. 4. Rüb. decisi. 16. Aloys. Ricc. in collect. decisionum, p. 4. collect. 1450. vers. hinc inferior primo.

6. Hinc etiam in concursu data in omnibus paritate prouisus à Papa est preferendus, Aloys. Ricc. in collect. decisi. p. 4. collect. 1442. Gonzal. 4. §. 3. proem. n. 1. & glos. 15. §. 2. n. 67. quia si vnu habeat collationem beneficij à Papa, aliis verbō ab Ordinario, neutro posseſſionem obtinebit, si non appareat de prioritate, præfertur qui à Papa impetravit propter prærogatiām concedentis Ego ipse pluribus citatis Docto-ribus d. p. 3. alleg. 67. num. 4. Etsi prouisus à Papa, & prouisus ab Ordinario, sub eodem die, codēmque momento capiant posseſſionem, præfertur est prouisus à Papa, Gonzal. d. §. 3. proem. n. 14.

8. Notatur etiam ad hoc quod Doctoř à Principe creatus reliquias Doctořibus dignior, sublimior, & potenter habetur, ut per Mench. illus. in prefat. n. 1. 5. 6. Rebuff. in tract. nominat. q. 21. n. 9. Gonzal. d. §. 3. proem. n. 1. 5. Bobadil. in sua politica, lib. 1. c. 12. n. 5. 6.

9. Aloys. Ricc. d. collect. 1430. in fine. Et nobilitas ab Imperatore, vel Rege, præfertur nobilitati ab inferiori, Tirael. de nobilit. c. 6. n. 7.

10. In glos. Subdiaconus 1. Notatur ad hoc quod ex maiori fide major dignitas cognoscitur, cap. Episcop. 17. dist. cap. quia fanditas s. o. dist. l. 1. C. vt dignitas ordo seruatur, Caffan. in catalogo glorie mundi, p. 1. confid. 11. Lecet. de primug. lib. 2. q. 3. Tirael. de nobilit. c. 20. n. 5. Ioan. Garc. sod. tract. glos. 18. n. 4. & glos. 35. n. 9. quos refert, & sequitur Iacob. Valdef. de dignitate Regum, regnumque Hispania, in proem. n. 2. 3. Sic etiam in subſcriptione, & prima voce dignitas major agnoscitur, l. 1 ff. de albo scrib. Bellung. in ſpeculo Principum, rubr. 6. n. 2. 4. Affl. decisi. 1. Iacob. Valdef. ubi proxime n. 2. 5. quos referto ego ipse de officiis & potest. Episcop. p. 1. tit. 3. cap. 8. n. 60. & quod prærogatiām māioris dignitatis

Tom. I.

arguat loqui prius in Synodo, dicunt Gam. decisi. 1. n. 1. Tirael. de primog. in prefat. n. 1. 2. & 1. 3. Nau. in c. inter verba, pral. 1. n. 1. Cabed. dñers. iuris argum. 1. c. 1. n. 3. vers. quinto, Galp. Statius de antiqu. Lufit. c. 6. 5. num. 1.

Illud demum aduertere oportet, ad dignoscendum quānam sit prima dignitas, attendi potius debere conuētudinem, sive ſolitum Ecclesiæ particularis, quām ius commune, Grammat. decisi. 6. 4. n. 17. & 18. Mantic. decisi. 17. 5. n. 3. & communem reputacionem, ac publicam famam loci, Boēr. decisi. 18. 6. n. 8. Rot. decisi. 5. 18. n. 12. p. 1. dñers. & decisi. 5. 8. 5. n. 2. q. 4. dñers. Mantic. d. decisi. 17. 5. n. 3. & fuit dictum Cephaludent. Archidiaconans 18. Martij 1624. coram bona me- moria Vbaldo.

S V M M A R I V M.

1. *Obedientia, vel subiectionis controvērſia quando agi- tatur nihil est intentandum in præiudicium Rei, vel poſſessoris antequam citentur.* Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anania. Butr. Anch. Host. Panorm. Bald. Felin. Imol. Viuian. in ration. libri primi iur. Pontif. pag. 475. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 166. remissiū Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 21. cap. 4.
2. *Citatio est omnium actionum instituendarum principiū, caput, basis, & fundamenum indicij.*
3. *Processus ob legitima citationis defectum tosus corrit.*

C A P. Inter quatuor. VIII.

Quando de obedientia, vel subiectione agitur, nihil attentari debet in præiudicium Rei, vel poſſessoris antequam citentur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anania. Butr. Anch. Host. Panorm. Bald. Felin. Imol. Viuian. in ration. libri primi iur. Pontif. pag. 475. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 166. remissiū Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 21. cap. 4.

Et inſtrā.] Verba quae sequuntur vſque ad verbum petitionem, omisit extenderi diligens Anton. August. loco citato, extensa tamen leguntur apud Dionys. Paul. de vera quatuor Patriarch. ſeauum erelitione, cap. 6. n. 6. ubi n. 8. dicit verba omisita in hoc text. pertinere ad plenum illius intellectum.

Cum nec citati ſint. Notatur ad hoc quod sine citatione non est agendum in aliquius præiudicium, quia citatio est omnium actionum instituendarum principiū, §. fin. Inſtit. de pona temere litigantium. D. Barbola in l. ſe quis poſtequam. ff. de indie. n. 26. Eſt caput, basis, & fundamenum indicij, Gregor. lib. 1. tit. 7. p. 3. Vant. de nullitat. tit. de nullit. processus, n. 27. Marant. de ordine ind. p. 6. memb. 1. n. 1. Bonacof. tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 2. num. 8. Azeud. tit. 3. in rubr. n. 14. lib. 4. nou. recop. Amat. Roder. in tract. de modo, & forma videndi, ſeu examinandi processum, cap. 4. de citat. n. 2. & 3. Camil. Borrel. in ſumma omnium decisi. tit. 44. n. 7. ſeqq. Vnde processum ob legitima citationis defectum tosum corrueſſe tenuerunt Vant. in tit. qualiter ſententia, & processus, n. 1. 16. Cott. in memor. verbo, citatio 3. vers. fallit tertio, Brun. à Sole verbo, citatio 7. Fi- chard. tom. 2. commun. opin. lib. 2. n. 6. Marant. p. 6. tit. de citat. n. 12. Menoch. confit. 100. n. 1. 12. Guttier. præf. lib. 1. q. 13. 3. n. 12. D. Barbola in l. alia, §. eleganter, n. 8. & in l. ſi mora, n. 53. ff. ſoluto maritum. Cabed. Lufit. decisi. n. 1. 2. p. 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 9. §. 1. in annot. n. 1. 5. 8. Mendez a Castro in praxi ſeculari Lufit. lib. 3. c. 1. n. 1. Amat. Roder. d. 6. 4. n. 18.

BB

SVMMARIVM

S V M M A R I V M.

- 1 *Abbates, & Sacerdotes, qui Episcopo diocesano subi- ciuntur, ad eius Synodum venire, & sibi obedi- compelli possunt per censuram Ecclesiasticam.*
- 2 *Abbates tenentur venire ad Synodum Episcopi.*
- 3 *Abbates exempti an teneantur venire ad Synodum cōfenditur.*
- 4 *Synodo diocesana interesse debent omnes, qui animarum curam habent.*
- 5 *Rectores Parochialium, quae in nullius diocesis sunt, an teneantur venire ad Synodum ostenditur.*
- 6 *Legis diocesana, & iurisdictionis differentia quae remissione.*
- 7 *Episcopus in sua Synodo facere potest statuta.*
- 8 *Episcopus non potest facere statuta sacris Canonibus obvianitia.*

C A P. Quod super his. IX.

- 1 *Abbates, & Sacerdotes, qui Episcopo diocesano subiecti sunt, ad eius Synodum venire, & sibi obedi- per censuram Ecclesiasticam compelli pos- sunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Io. Andr. Imol. Innoc. Butr. Panorm. Host. Felin. Anch. Bald. Viian. in ratione primi libri iuris Pontif. pag. 465. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 166. remissione Casal. in amot. & Ximen. in concord. p. 1. refer- tur ab Ant. Aug. collect. 4. Decret. lib. 1. tit. 2. 1. c. 1.*
- 2 *Abbates.] Notatur ad hoc quod Abbates tenentur venire ad Synodum Episcopi. Erasm. à Cochier loco infra citando, n. 2. Abbates vero, aut quisvis alij excepti non habentes capellas, seu membra, aut populum non exemptum, minime tenentur venire ad Synodum, cap. ex ore, vbi Abb. inf. de primit. vbi dicam hodie. Ab- bates exempti, qui alias cessante exemptione Synodo interesse deberent, nec Capitulis generalibus sub- duntur, ad eam accedere tenentur, ex Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 2. Vgolin. de potest. Episc. c. 38. §. 2. n. 1. Cochier de iuris. Ordinarii in exemptis, p. 4. q. 1. 9. quomodo vero huiusmodi Abbates exempti inter- esse debeant Synodo, & quo amictu, & ornamenti- vi debent, vide Specul. de privileg. p. 4. n. 6. Boer. de auctoritate magni Corsili, p. 1. n. 13.*
- 3 *Et Sacerdotes.] Notatur ad hoc quod ad diocesana- nam Synodum venire tenentur omnes, qui animarum curam habent, Concil. Trid. c. 2. Franc. Leo in the- sauro fori Ecclesiast. p. 1. c. 9. n. 1; Vgolin. d. c. 48. §. 1. n. 1. Piasc. in praxi noua Episc. p. 2. c. 2. n. 2. Ego ipse de offic. & potest. Episc. p. 5. alleg. 93. n. 5. An autem Rectores Parochialium, quae in nullius diocesi sunt, teneantur accedere ad Synodum viciniorum, quæstio est non contemnenda; in qua communis opinio tenet eos non teneri accedere ad Synodum diocesanum illius Episcopi, cuius Cathedra Ecclesia proximior est, licet visitari ab eo possint, ex decreto Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 9. quia alius est ius visitandi, & alius ius vocandi ad Synodum, adeo ut ex concessio- ne illius non inferatur concessio huius, à separatis enim non sit illatio, l. Papinian. ff. de minor. cum simil. tum quia verba Concil. Trid. c. 9. non aptantur voca- tionem ad Synodum, & dispositio non includit eos, quibus verba sua non aptantur, cap. indemnitatis, de elect. in 6. quibus fundamentis hanc sententiam de- defendunt Nauar. conf. 11. de officio Ordin. in antiq. alias conf. 12. de maiorit. & obedi. in nouis, Sayr. in floribus, decis. sub d. tit. de officio Ordinarij, decis. 11. Aloy. Ricci. in collect. decis. part. 4. collect. 11. 53. Verum quod*

Rectores Parochialium nullius diocesis teneantur accedere ad Synodum viciniorum, tenuit sacra Congreg, prout referunt Franc. Leo d. n. 13. Praxis noua Episcop. d. c. 1. n. 1. vers. & non solum. Vgolin. d. s. 1. vers. quarto, à qua opinione sacra Congreg. non est rece- dendum, cùm ad eam pertineat declarare huiusmodi Concilij dubitationes; tum quia cùm vicinior Episcopos ius habeat visitandi huiusmodi Rectores at- tenti supradicta Concilij dispositione, frustra vide- rentur visitari nisi prius ad Synodum vocati, & in- fructi essent in his omnibus, quæ scire eos oporteat.

Diocesana tibi lege subditos.] De legis diocesane & iurisdictionis differentia dixi de officio, & potest. Episcopi, p. 1. tit. 1. c. 1. n. 15. & ad c. dilectus 18. supra de officio Ordinarij.

Dummodo in ipsa Synodo.] Notatur ad hoc quod Episcopus in sua Synodo potest facere statuta ut per Aluar. Pelag. de planctu Ecclesie, lib. 2. art. 2. Bernard. reg. 238. Duen. reg. 245. Nauar. in c. nouit, de indic. mab. 5. n. 121. Azor. in iust. moral. p. 2. lib. 5. c. 47. q. vlt. Ego ipse d. trist. p. 3. alleg. 93. n. 2. 1.

Non dicas aliquid statuendum quod Canonice obiuet 8 instrictum.] Notatur ad hoc quod Episcopus non potest condere statuta sacris Canonibus obviantia, ut per Abb. in t. fin. n. 7. & 8. de confuct. vbi Roch. de Curte fest. i. n. 7. 9. & 11. Duen. reg. 2. 50. Rot. in Toleiana confraternitatem, Decemb. 1618. coram Vbaldo, Henric. Botta. de Synodo Episc. p. 3. art. 1. concl. 8. à n. 36. Ego ipse d. alleg. 93. n. 19. vbi n. 31. refero casus omnes in quibus potest Episcopus statuere contra Canones, & constitutions Senniorum Pontificum, quos etiam enumerat Monet. de distrib. p. 1. q. 13. an. 6.

Venire.] Id est personaliter, & non per procurato- rem, ex Duen. reg. 1. 26. vers. limita secundo.

Compellat.] Id est, per excommunicationem, Duen. reg. 27. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 *Canonici Regulares inobedientes Priori suo per ipsum excommunicari possunt, & si fuerint incorrigibili, de si atrium confortio expelli debent.*
- 2 *Periurus non potest subire iuramentum honoris, sed oneris.*
- 3 *Delictum non probatur per instrumentum, vel scri- pturam.*
- 4 *Abbas potest religiosos excommunicare.*

C A P. Cùm in Ecclesiis. X.

Prior potest excommunicare Canonicos. Regula- res sibi inobedientes, & si à Papa, vel ab alio ab- solvuntur, debent præstare iuramentum de obedi- entio suo superiori, & si sunt incorrigibili, expelli debent de confortio fratrum. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam, Ioan. Andr. Innoc. Anan. Butr. Imol. Bald. Panorm. Felin. Anch. Host. Vii. in rationali primi libri iur. Pontif. pag. 476. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 166. remissione Ximen. in con- cord. p. 1. & 2.

Ex discursu huius texti, manifeste constat Canonicos Regulares, qui suo Praelato iuramentum obedi- entia præfiterant, & ex post facto exhibiti iuramenti immemores eidem Priori per omnia restiterunt, co- gendos esse in pœnam contumacia subire alterum obediencie iuramentum; sed obstat quod absque ne- cessitate nullus est cogendus iurare, iuxta reg. c. eti. Christus, vers. quoniam ad iuramentum, de iure iur. quo argu-

De Majorit. & obed. Tit. XXXIII. 291

argumento clericos seculares ad iurandum Praelatis suis non teneri resoluunt Doctores in eis que, infra hoc tit. vbi addam; in hoc autem text. videtur omnino otiosum posterius iuramentum cum prius sub eadem forma, super eadem re, & inter easdem perfornas praestitum fuerit: sentiunt difficultatem gloss. 1. Abb. & Doctores in praesenti, & in c. legebatur, hoc iur. inter quos Cardin. Zab. in praesenti, opos. 6. existimat, quod scilicet his text. specialiter procedit in illis Canonis, qui propter inobedientiam fuerunt excommunicati, quibus posterius iuramentum licet deferatur quando eis ab excommunicatione beneficii absolutionis impeditur, iuxta reg. cap. c. cum desideres, & ibi gloss. verbo ad cautelam, de sent. excom. Cuis solutio licet receptionis sit, vera tamen non videtur; quamvis enim in specie huius text. excommunicatione non praecessisset, illa tamen notabilis inobedientia sufficiens erat ad iussum posterioris iuramenti declarationem, idque ex eo, etenim licet huiusmodi iuramentum priori nihil addat, & vt tales ad vinculum illius formandum non sit necessarium, c. veritatis, de iure iurando, est tamen necessarium ad effectum satisfaciendi superiori leso, cui illata fuit iniuria per inobedientiam, quae sane commodè reparari non potest quam per solemnum eiusdem inobedientiam abiurationem, iuxta reg. cap. vlt. ibi, in quis deligit, de immunit. Ecclesiast. Insuper cum semel inobedientis semper presumatur talis, iuxta reg. c. semel malus, de reg. iur. lib. 6. ac subinde aduersus illum semper adsit quædam suspicio inobedientiae, qua commodius quam per iuramentum purgari posse non videtur. recte sit vt illis Canonis iuramentum deferatur, tanquam de predicta inobedientia suspectis, quemadmodum de suspectis de heresi, & de clericis in Sacris matrimonio de facto turpiter contrahentibus notant communiter Doctores.

Nec obstat quod per iuris, quales constat esse Canonicos, de quibus in praesenti, iuramentum non est deferendum, iuxta c. qui exigit. 22. q. 1. & cap. clericos, ibi, ne per iuris reatum, & c. de cohabit. clericorum, gl. verbo per iuris, per text. ibi in c. testimoniorum, 54. veris. si vero, de testib. Quia respondetur distinguendum esse inter iuramentum oneris & iuramentum honoris; prius est illud, quod non in poenam, & ad remouendam aliquam mali suspicionem iniungitur, velut illud per quod hereticus cogitur hereticum abiurare, c. ad abolendam, de heret. item illud de quo in c. 2. qui Clerici vel videntes, cum similibus, Posteriori vero est illud, quod non in poenam, sed magis in honorem iuranti deferuntur, velut iuramentum testis, vel illius, cui honorabile aliquod officium conferuntur. Quo supposito dicendum est huiusmodi Canonicos per iuris, & suspectos de inobedientia non subire iuramentum honoris iuxta supradicta iura sic intelligenda, quae tales à iuramento repellunt, interim tamen non eximi à iuramento oneris, de quo hic, ne alias ex militia sua commodum reportent, contra reg. c. intelleximus, de iudicio, cum similibus; quam distinctionem colligunt ex glo. verbo, prater, in fine, in cap. literas, de presumpt. vbi Zabar. Butr. Abb. & communis, idem Abb. in dict. cap. intelleximus, n. 14. Dec. in c. questioni, n. 3. de appellari, qui omnes recte intelligunt in specie dicti cap. literas, à suspecto de heresi, de quo ibi, esse iuramentum exigendum, & dictio, prater, in text. positam esse intelligendum inclusuere, id est, ultra, non vero exclusuere, quasi iuramentum excludat, ut perferant sentiunt Imol. & Felin. ibi n. 22.

Recepto secundum formam, &c. Ergo per iuris non potest subire iuramentum honoris, sed oneris, vt per Abb. in cap. intelleximus, q. pen. de iudicio. Dec. in c. que-
Tom. I.

stioni, n. 3. de appellari. Hypol. in l. maritus, n. 4. 4. ff. de q. Tiraq. de nobilit. c. 24. n. 10. vbi dicit teneri subire iuramentum calumniae, & fidelitatis, quia est iuramentum oneris, unde excommunicatus, qui alias non admittitur ad iuramentum, tenetur iurare de calumnia, ex eod. Tiraq. vbi proxime.

Per scripturas authenticas, &c.] Notatur ad hoc quod delictum non probatur per instrumentum, vel scripturam, vt per Clar. lib. 5. §. fin. q. 54. n. 1. latè Maf-
card. de probat. concl. 499. Farin. cons. 2. n. 27. 19. & 37. Alex. in l. Prior. 3. 7. ff. de edendo, vbi ait quod si unus occidat puta Simonem, non potest de hoc actu roga-
ri Paulini notarius, itavt per instrumentum probe-
tur homicidium. Clar. in praxi crim. §. fin. q. 54. in princ.
Dec. in tract. crim. tom. 2. lib. 6. c. 12. ex n. 16. Gasp. Cabel.
ad confit. Marobia lib. 4. c. 1. in gloss. probat. n. 40. Anton.
Scap. de iure non scripto lib. 5. in nr. de interrog. & reorum
resp. c. 6. 4. latè Buccaron. de differ. inter iudicia ciuilia &
crim. differ. 51. à princ. vbi n. 8. cum Clar. citato loco, in-
telligit vt procedat quando delictum consistit in fa-
cto lepatato ad ipso instrumento, siue in criminibus,
qua factio committuntur, vt adulterium, Sodomia
furtum, & his similia, secus si delictum si incorpo-
ratum, & connexum ipsi instrumento, veluti si fa-
mosum carmen, vel quid hereticum scriberetur, vel
quid simile fieret, quod per se ipsum delictum esset,
& n. 10. subdit quod quamvis delicta non probentur
instrumentis, possunt tamen instrumenta produci su-
per his, quae probant administrula maleficij, seu de-
liicti per quae dicta administrula probantur.

Per censuram Ecclesiastican compellatis.] Notatur ad hoc quod Abbas potest Religiosos excommunicare, vt per Joseph. Aldret. de religiosa disciplina tuenda, lib. 1. c. 3. n. 27.

S M M A R I V M.

1. Presbyteri clericis capellarum subditarum titulo Cardinalatus, debent Cardinali obedientiam, & reliqua de quibus hic, & vacante titulo succedit Capitulum illius Ecclesie, nisi pro bono pacis aliquod sit exceptum.
2. Cardinales habent iurisdictionem Episcopalem in Ecclesiis, quarum sunt titulares.
3. Cardinales in Ecclesiis, quarum sunt titulares, excommunicationis, interdicti, & suspensionis penas irrogare possunt, Pontificis insignibus vti, & be-
neficia conferre.
4. Collegia Sede vacante succedunt in potestate, & in-
risdictione Prelati.

C A P. His, quæ. XI. Honor. III.

Apellani Presbyteri, & clericis Ecclesie titularis alicuius Cardinalis debent exhibere obedientiam, reuerentiam, & honorem Cardinali, pro scrutinio, Baptismo, & Capitulo celebrandis suis temporibus conuenire ad Ecclesiam, recipere humiliter correctionem Cardinalis, feruare excommunicationem, suspensionem, & interdictum, qua Cardinalis fert contra ipsos, vel Ecclesiam. Si vero moriatur Cardinalis, dum vacat Ecclesia, Capitulum succedit, sed solus Papa corrigit, excommunicat, suspendit, interdictus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Butr. Panorm. Host. Felin. Anch. Bald. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 477. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 166. remissuè Ximen. in concord. p. 2.

B b 2 Probat

1 Probat hic text. Cardinales habere iurisdictionem Episcopalem in Ecclesiis, quarum sunt titulares, ut per Villadieg, de ordine Cardin. n. 7. Iacobat. de Concil. lib. 2. art. 2. n. 11. Falcon. de re iur. q. 2. princ. n. 10. quos referunt & sequitur Flamin. de resignat. lib. 7. q. 12. n. 10. Leon. in thesauro fori Eccles. p. 2. c. 1. n. 7. Azot. instit. moral. p. 1. lib. 4. c. 1. q. 8. prop. finem. Et ideo excommunicationis, suspensionis, & interdicti penas irrogare possunt, Abb. b. Et possunt Pontificis insignibus vti, & benedicendi solemnum ritum more Episcoporum exercere, etiam Episcopi non sunt, Holt. & Ioan. Andr. in c. 1. de suppl. neg. Prelat. refert Azot. d. lib. 4. c. 2. q. 2. in fine, vbi a princip. tenet Cardinales, qui Episcopi non sunt, habere iurisdictionem Episcopalem forensem in Ecclesiis, quarum titulos habent, & in capellas, ac reliquias Ecclesiis ipsorum titulis subiectas & citat Butt. hic Ioan. Monach. in c. 1. hoc iur. lib. c. Roman. conf. 498. Alban. de Cardin. q. 46. Mandol. in reg. 7. Cancel. q. 1. Anastas. Germon. de indultis Cardin. 6. tam ratione, n. 10. cum segg. Habent ius conferendi beneficia in suis Ecclesiis titularibus, Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 3. n. 19. Ioan. a Cochier. in reg. 1. Cancel. n. 24. vers. secunda, quod intellige quando sunt in Urbe, nam in absentia solus Papa consert, ut habetur in reg. 7. Cancellaria, & possunt recipere resignations beneficiorum existentium in suo titulo, Flamin. d. q. 12. n. 8. & Ordines minores conferre, idem Flamin. lib. 4. q. 2. numero 88. Quos quidem Cardinalium titulos cum prius essent Quinquaginta duo, Leo X. Kalend. Iulij 1517. ad septuaginta duos anxit, ut referi Capic. decisi. 114. n. 13. & demum Sixtus V. ad septuaginta ex sua constitution. 55. dat. Idib. Aprilis 1587.

Manualem obedientiam, &c.] Ex his verbis deducit gloss. verbo, obedientiam, in presenti, Clericos teneri ius Prelatis obediere, absque eo tamen quod de praestanda obedientia iurare, aut aliquam scripturam concilere compelluntur, eadem verba habentur in c. olim 11. ibi, obedientiam facere manualem, vbi gloss. de restit. ipsi. text. optimus in c. legebatur, vbi gloss. verbo, iniuria, supra hoc sit text. in c. nullus. vbi gloss. de iurein, & utroque resolunt Doctores.

Sed obstat, quod vel Clerici non tenentur ad praestandum obedientiae iuramentum suis Prelatis, quia ipsis indignum, & indecens sit iurare, vel ex eo quod tale iuramentum omnino sit otiosum, nulla enim alia potest excogitari ratio, quae ad haec duo membra non reducatur, sed clericis iurare indignum non est, imo cum oportuerit ad iuramentum praestandum sunt cogendi, iuxta c. ad abolendam, post princ. de heret. vbi clerici haeretici meliori tantum ducti consilio ad fidem Catholicam reuerteri coguntur suam haereticam abiurare, sic clerici in sacris constituti, qui matrimonium de facto turpiter contraxerant, vxores solent abiurare, c. 2. in princ. qui Clerici, vel vnuem. Deinde huiusmodi iuramentum de praestanda obedientia otiosum dici non potest, imo valde necessarium, cum Reipublicae expedit quod obedientia subdiorum iuramento confirmetur, iuxta reg. o. omne, ibi, solidius consitit. 22. q. 1. igitur clerici nullo casu a tali iuramento videntur immunes. Secundo obstat c. quinquaginta, iuncta gloss. recepta verbo causione 13. dist. vbi omnes Clerici indistincte ad obedientiae iuramentum compelluntur. Tertiò obstat c. Ego N. iureinando, & c. dilecti 12. hoc iur. vbi ab Episcopis dum consecrantur iuramentum obedientiae, & fidelitatis exiguntur, idem dari Archiepiscopo, quando pallium ei traditur, docet text. in c. significasti, versio, hoc nimis malo, ibi, pro obedientia, de

electione, c. antiqua vers. fernata, de privileg. Quatùd tandem, & ultimò obstat c. cum in Ecclesiis, sub hoc iur. vbi Canonici Regulares suis Prelatis obedientiam præstare compelluntur, igitur similiter Clerici secularares ad obediendum suis Episcopis iurare sunt compellendi.

His tamen non obstantibus verissima est conclusio quod Clerici, nec ad scripturam, neque ad obedientiam iuramentum tenentur, iuxta d. c. legebatur, hoc iur. & c. nullus, de iurein. Ad argumenta vero facilis est responsio; nam ad primum dicendum est, quod huic modi iuramentum est otiosum neque aliquam pre se fert utilitatem, etenim cum omnes Clerici indistincte eò tempore, quo ad Ordines promouentur, præstent obedientiae iuramentum, iuxta d. c. quinquaginta, & ibi gloss. de verbo, causione, recte equatur non esse necessarium, inò otiosum aliud iuramentum exigere, nihil enim potest priori, quod promotionis tempore reddiderunt, add. re. sic alias iuramentum fidelitatis simul prædictum Papæ excusa: ne ad totam suam vitam, etiam successoribus Papæ iurare teneatur, c. veritatis, de iurein. Ad secundum de d. c. quinquaginta, respondet iuxta modi dicta agere de clericis tempore, quo promouentur, in qua specie illos ad iuramentum teneri fatemur, non autem loquimur extra tempus suæ ordinationis, iuxta d. c. nullus, quidquid Doctores communiter d. c. quinquaginta reducant ad terminos d. cap. nullus, ut scilicet procedat in clericis, quibus Ecclesiasticarum rerum cura commissa est, qui tamen aperiè confunduntur, quia d. c. quinquaginta, cum agat de clericis tempore, quo Sacris initiantur, omnibus conuenit, nec ad folios rerum Ecclesiasticarum administrationem habentes restringi potest. Ad tertium de d. cap. Ego N. & d. cap. significasti, & d. cap. dilecti, respondet in terminis illorum iustum causam iurandi adest, nam ratio boni communis suadet Ecclesiæ Principes quales sunt Episcopi, cap. Ecclesiis 35. dist. ad tuendum Romanæ Ecclesiæ Primatum, & confermandam ipsius Ecclesiæ dignitatem iuramento adstringantur, iuxta d. cap. significasti, vers. hoc nimis malo, &c. quin etiam ob aliquam quoque causam Episcopis iuramentum defertur, quia ipsis principaliter rerum Ecclesiasticarum dispensatio est commissa, cum sint principales pastores, ac subinde iuxta reg. d. c. nullus, omnino iurare debeat.

Quando autem Ecclesia ipsa Cardinali vacabit, &c.] Notatur ad hoc quod Collegia Sede vacante succedunt in potestate, & iurisdictione Prelati, ut per Capic. decisi. 114. num. 2. Et quod vacante Sede Abbatiali Conventus succedat in locum Abbatis quo ad iurisdictionem, tenet Felin. in presenti numero 3. & Abb. numero 2. & 3. Rot. decisi. 346. numero 31. recent.

Pro bono pacis.] Qui pro conseruanda pace, & concordia multa de iure conceduntur, quae alias licita non essent, c. ultim. de transact. c. nisi essent, de prebend. l. aquifissimum, ff. de usufructu, Flamin. de resignat. lib. 5. c. 3. & n. 163. Gonzal. reg. 8. Cancel. gloss. 2. num. 12.

S V M M A R I V M.

- 1 Abbatissa licet subditos excommunicare non possit, ipsi tamen sibi obediere tenentur.
- 2 Abbatissa ratione publici munieris, & officij est ea pax iurisdictionis spiritualis.
- 3 Forma ratione dignitatis potest habere beneficiorum collationem.

4 Pamina.

De Majorit. & obed. Tit. XXXIII. 293

4. Feminae possunt esse canonicae.
 5. Abbatissa quomodo dicatur suspendere ab officio & beneficio clericos sue iurisdictioni subiectos, ostenditur.

C A P. Dilecta. XII.

1. **A**bbatissa licet subditos excommunicare non possit, ei tamen non obediens est peccatum mortale. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anch. Host. Panorm. Bald. Felin. Imol. Henric. Boich. Viu. in ratione primi libri iuris Pontif. pag. 478. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 166. remissum Ximen. in concord. p. 1. & 2.

2. Celebris est text. hic ad probandum Abbatissam ratione publici munieris, & officij (principiū, vitali- qui interpretantur, si accedat Sum. Pont. confessus) esse capacem iurisdictionis spiritualis, etiam Episcopalis, ac proinde posse beneficia conferre, clericos instituere, & destituere, Vicarios, & Pronofores nominare ad suspendendum, & excommunicandum, & exercendam dictam iurisdictionem, colligunt hoc ex Lambert. de iurepatr. p. 1. lib. 2. q. 5. prīnc. art. 5. n. 4. Azor. in iust. moral. p. 1. lib. 13. c. 10. q. 5. Bellet. dī. q. 1. art. 1. tit. de disciplina cleric. §. 8. à 2. 19. Flores de Mena var. q. lib. 1. q. 10. n. 4. Fr. Emman. q. Regul. tom. 1. q. 17. art. 12. vbi afferit Abbatissam posse habere sub se clericos seculares, si habeat capellas ex privilegio, vel præscriptione pleno iure subiectas, Couat. in c. alma mater, p. 1. §. 11. n. 2. Nanar. sub tit. de sentent. excom. cons. 1. n. 1. Vgolin. de censur. stabl. 1. c. 2. §. 7. n. 5. Ludou. Miranda in tract. de sacris Monial. q. 6. art. 5. concil. vbi neruoso defendit attenta iure communi Abbatissas, & Priorissas, aliaque Monialium præfectoras non esse capaces spiritualis iurisdictionis nisi accedente Sum. Pont. confessu, aut ex consuetudine legitime præscri- pta. Poteſt namque femina ratione dignitatis ha- bēre beneficiorum collationem, ex Abb. hic n. 5. & Felin. n. 1. Tiraq. de primog. q. 10. n. 13. cum seqq. Bellet. loco prox. citato, n. 17. Rebuff. in tract. nomin. q. 8. n. 9. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 22. n. 12. Mar. Anton. var. lib. 1. resol. 6. n. 6. Flores de Mena d. q. 10. n. 4 & ex privilegio Apost. c. dilectio, vbi post Innoc. Host. Ioan. Andr. & Butr. Abb. n. 1. Felin. n. 1. de resib. Boër. decis. 32. n. 20. Rota decis. 3. de concess. prab. in art. 1. Et in eis instituere illa institutione, quæ dat possessionem, & titulum, non autem institutione authorizabili, per quam datum potestas exercendi curam animalium, ligandi, atque solvendi, Fr. Emman. d. tom. 1. q. 17. art. 12. Fr. Ludou. Miranda d. art. 5. concil. 4. statim in princ.

Ex quibus omnibus fatis deprehenditur Abbatissas, & præfectoras monialium Ecclesiasticam iurisdictionem habere posse, quamvis aliqui teneant illas solum esse in star matris fam. nec ampliorem habere potestatem, quam istas in priuata domo, ex quorum numero sum. Victor. in relect. 2. de potestate Eccles. q. 2. n. 4. Sot. in 4. dist. 20. q. 1. art. 4. Soar. tom. 5. dist. 2. fol. 1. n. 5. Fr. Emman. q. Regul. tom. 1. q. 15. art. 1. sed loquuntur contra decisionem huius text. Di- cendum ergo est longam esse differentiam inter ea, quæ sunt Ordini annexa, & ad sacramentalem potestatem pertinent, & inter alia, quæ sunt iurisdictionis; quorum enim, quæ ordinis annexa sunt, feminae sunt omnino incapaces, & minime possunt per quamcumque humanam potestatem fieri capa-

Tom. I.

ces. At vero ea, quæ sunt iurisdictionis, quamvis Christus Dominus feminis non concederit, non tamen inconuenit quod ea possint exercere ex Ecclesia commissione, faterem. Vict. n. 5. & multis referens Soar. n. 5. dist. 2. loc. 1; quemadmodum ex eadem a laico exerceri possunt, per doctrinam glos. verbe, laico, in e. bene quidem, 96. dist. vnde quamvis leges Canonicae feminis regulariter interdicunt omnem potestatem spiritualem: specialis tamen ratio indecentia efficit, ut Abbatissas in suis monasteriis spiritualis potestas concederetur, aequa etiam propter evidentissimum periculum, quod suberat si viri praesentent monialibus, ut resoluit S. Thom. in addition. ad 3. partem q. 9. art. 1. ad fin. & multi, quos reser, & sequitur Henric. lib. 6. c. 2. & 4. iuncta litera X

Vnde fit consequens ex speciali Ecclesiæ com- missione, quod Doctores admittunt, posse ha- bere Abbatissas spiritualem iurisdictionem, qua tamen Ordinis non sit, sed etiam generaliter a lege Canonica huiusmodi potestatem concessam esse in recipientibus sui monasterij, & monialium guber- natione, quod magis docet S. Thom. dist. loco, & in 4. dist. 2. q. 2. art. 1. ad secundum, dum scribit Præ- lationem, quæ competit Abbatissas, non esse ordi- nariam, sed quasi ex commissione propter pericu- lum imminentis ex virorum cohabitatione. Vnde merito Doctores inquit Abbatissas competere omnem iurisdictionem, quæ Abbatibus competit, veluti in beneficiis conferendis, & in bonis sui monasterij administrandis, ceteris supra relatibus. Et quemadmodum Abbes, ita etiam Abbatissas immari regula de triennali comprobant Rebuff. de pa- cifica possess. n. 3. cum seqq.

Canonica.] Notandum ad hoc quod feminae pos- sunt esse canonicae, ut per Lambertin. de iurepatr. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 6. n. 4. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 22. n. 16. Viuian. in praxi iurispatr. p. 1. lib. 6. c. 3. n. 4. Azor. in iust. moral. p. 1. lib. 13. q. 5. sub lib. B. Petr. Greg. syntagma. iur. lib. 15. c. 19. n. 9. & alios cumulatos à Rot. in una Tullen. seu nullius iurisdictionis 27. Nouem- bri 1624. & in alia Tullen. seu nullius præbendarum 26. Februario 1625 coram bona mem. Buratto. Præ- bendarum vero talium Canonistarum usque adeo merita temporales sunt, ut cuiuscunque simoniae expertise fint. Verall. decis. 3. 56. n. 6. p. 2.

Officio, beneficioque suspendat.] Panorm. hic dicit quod Abbatissa potest suspendere ab officio, & beneficio clericos sue iurisdictioni subiectos largè, subtrahendo scilicet eis præbendas, & præcipiendo ne celebrent donec satisfecerint, non autem strictè, & propriè, id est, ea sulpensione, & interdictione, quæ eam transgressores pœna irregularitatis fricat, sequitur Fr. Emman. art. 1. in fin & Azor. d. c. 10. q. 6. Et ideo Ludou. Miranda d. art. 5. q. 4. vers. ad pri- mum, merito dicit quod suspensione, de qua in presen- ti, non fuit censura, sed quædā prohibitio, vel pri- matio, quæ largo modo loquendo suspensione dici potuit, sed re vera non fuit nisi quoddam Abbatissæ mandatum quod per ipsam optimè poruit imponat. Vnde notandum est quod Pontifex non dicit hic seruari debere censuram ab Abbatissa latam, sed præceptum eius atque mandatum, quod cuidam Abba- tissæ iniungit si subditus illius obediens ipsi noluerint, per Ecclesiasticam censuram ad ipsam compellat eos, in quo clare indicavit Abbatissæ suspensionem non fuisse censuram, sed simplicem quædam prohi- bitionem; sic etiam Valer. Reginald. in praxi fori panit. lib. 31. t. a. clat. 1. num. 23. afferit Summi. Ponti- fice. in præsenti præcipere seruandam suspensionem ab officio, & beneficio, quam Abbatissa quædam tulerat.

B b. 3

ulerat, non tanquam censuram Ecclesiasticam, sed tanquam praeceptum superioris, & ideo in fine huius text. illam non iam suspensionem vocat, sed salutaria monita, & mandata, ad qua obseruanda vult Monachas, & clericos eidem Abbatissæ subditos compelli censura Ecclesiastica, intendit Mar. Alter. de censuris, tom. 1. de excom. lib. 2. disp. 7. cap. 5. proprie finem vers. ad argumentum. Vel forsan melius omisso præfato communi Doctorum intellectu alferentium suspensionem, de qua in hoc text. nona fuisse Ecclesiæ censuram, sed simplicem quandam prohibitionem potius facti quam iuris, tenendo opinionem vorilim quod foemina interdicta est potestas ferendi censuras, ut multis comprobant. Con. in c. alma mater, p. 1. §. 11. n. 2. Vgolin. de censur. tab. 1. c. 2. §. 7. à princ. facilius ad hunc text. responderi potest negando Pontificem, in præsenti approbare suspensionem Abbatissæ, cum potius referuntur Abbatii eidem imponat, ut per censuras Ecclesiasticas faciat obseruari salubria monita Abbatissæ, quod sanè necessarium non erat, si suspensio Abbatissæ valueret, iuxta reg. text. in c. cium ab Ecclesiast. de offic. ordin. notat optimè Vgolin. d. §. 7. in fin. & post eum Soat. tom. 5. de censur. disp. 2. s. 2. 3. n. 6.

S V M M A R I V M.

1. *Metropolitanus non potest exigere iuramentum à Suffraganeo ultra formam Canoniam, & si exigat, non tenetur iurare, & si iurat, iuramentum non tenet.*
2. *Capitulum, aut Ecclesia potest sine prelato agere, si ex eius facto, aut negligentiæ grauatur.*
3. *Quod tibi non vis fieri, aliis ne facias.*

C A P. Dilecti filij. XIII.

Metropolitanus si à Suffraganeo iuramentum exigat ultra formam statutam à Canone in eo, quod est ultra, Suffraganeus non tenetur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anch. Holt. Panorm. Bald. Felin. Imol. Viulan. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 478. Alagona in compend. iur. Can. pag. 166. remissiu Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Collige ex text. manifesta differentiam inter Episcopos exemptos, & immediate Summo Pont. subiectos; & Episcopos, qui in aliis superioribus, veluti Archiepiscopis, immediate subiungunt, ut priores Sum. Pont. tenentur iurare, posteriores autem non ita, sed suis superioribus, id est probat c. ut super, iuncta gloss. verb. *sacri*, de rebus Ecclesia. c. vlt. de Eccles. adi. sic alias Clerici dum ad Ordines promouetur suo Episcopo, & immediato superiori iuramentum præstant obedientia, & non Sum. Pont. c. *cum clericis*, 19. de verbis signif. e. quanquam 23. disp. sic Religiosi suo immediato Priori iurare coguntur in c. *cum in Ecclesiis*, 10. hoc sit. Obstat tamen maximè c. Ego N. de iure iur. vbi præscribitur forma, qua omnes Episcopi Sum. Pont. tenentur iurare. Cui difficultati ultra alios intellectus, qui solent assignari responderi potest enim gloss. fin. ibi, quam Abb. Imol. Felin. & DD. communiter sequuntur, D. Anton. p. 2. art. 10. c. 5. §. 2. vbi scilicet d. c. Ego N. procedat solum in Episcopis exemptis, qui immediate Sum. Pont. subiunguntur, non vero in Episcopis, qui immediate Archiepiscopis, aut aliis superioribus subiungunt, qui cum ab ipsis promoueantur, & confirmant

tionem, ac consecrationem accipiunt, c. vlt. ibi, à Metropolitani iudicio preferatur, 63. disp. c. suffraganeis 11. de elect. ipsi, & non Sum. Pont. tenentur iurare, iuxta hunc text. & resoluunt Lancel. Conrad in templo omnium iud. lib. 2. c. 4. n. 8. Cened. ad Decret. collect. 108. n. 1. Hodie tamen per regulas Cancelleriae præsiones Episcopatum soli sunt Summo Pont. referentes, & ideo omnes Episcopi indistincte illi iurare debent, iuxta formam præscripta in d. Ego N. præter quod iuramentum aliud quoque, ab eis exigitur convicens Fidei professionem Concil. Trid. Jeff. 24. de reform. c. 1. ad med. Reges vero solum per epistolam simpliciter aliquem nominant Sum. Pont. ad Episcopatum vacantem, Pontifex vero proponit in Consistorio Cardinalium vacare Episcopatum, & à Rege vnum commendari, & vnuusquisque sententiam dicit, & is eligitur in quem maior pars concurret, expediturque ea re cedula consistorialis, & committitur aliquibus Prælati, ut sic electum, & auctoritate Pontificis confirmatum conferrent.

Ei Capitulum Castellani. Notatur ad hoc quod 2 Capitulum, aut Ecclesia potest sine Prælato agere si ex eius facto, aut negligentiæ grauatur, ut per Put. lib. 2. deci. 441. n. 4. in antiq. alias deci. 431. n. 4. lib. 2. in correttio.

Non deceat aliis te fecisse quod ab alio fieri tibi nol- 3 *les.* Notatur ad illud princip. quod tibi non vis fieri, aliis ne facias. Pichat per text. ibi in §. iuris præcipia n. 30. Instit. de iuris. & iure, Martan. de ordine iudiciorum p. 3. n. 6. Ego ipse de Axiom. iuris ususq. Axiom. 196. n. 14.

S V M M A R I V M.

1. *Capitulum Sde vacante confirmat, & infirmat electiones.*
2. *Capitulum Sede vacante potest electos confirmare, & à patronis presentatos instituere.*
3. *Capitulum Sede vacante succedit in omni iurisdictione qua sive ordinario competebat Episcopo.*
4. *Collatio beneficiorum dicuntur ex fructibus Ordinarii collatoris.*
5. *Præteriandi, & eligendi sunt fructus.*
6. *Collationis questio est grauis prauidicio respectu collatoris.*

C A P. Cùm olim. XIV.

Capitulum Sede vacante confirmat electiones Abbatum vice Episcopi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Butr. Panorm. Felin. Henric. Bald. Boich. Holt. Viu. in ration. primi libri iur. Pontif. pag. 479. Alagona in compend. iur. Can. pag. 167. remissiu Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Collige ex text. Capitulum Sede vacante posse electos confirmare, & à Patronis presentatos instituere, Valer. Regin. in praxi fori pœnit. lib. 3. tract. 3. n. 241. Azeued. conf. 9. à n. 20. Azot. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 3. 8. q. 2. Steph. Quaranta in sum. Bullarij, verbis, Sede vacante, §. 9. queru. vers. qua conclusio, Nicol. Garcia de benef. p. 5 c. 7. n. 54. Vin. in praxi Iuris far. lib. 12. c. 2. n. 6. nam Capitulum Sede Vacante succedit in omni iurisdictione, qua in ordinario competebat Episcopo tam in spiritualibus, quam temporalibus, ut per Feder. de Senis conf. 16. n. 2. Paulin. de potest. Capituli Sede vacante, q. 1. n. 3. cum seqq. & q. 5. n. 2. versiū regulariter p. 1. Nau. conf. 43. n. 1. de tempor. ordin.

De Majorit. & obed. Tit. XXXIII. 295

ordin. & conf. 7. n. 1. de filiis presb. Flamin. Paris. de resign. benefic. lib. 7. q. 23. ex n. 27. Guttier. canon. lib. 1. c. 11. n. 10. Azor. inst. moral. p. 2. lib. 3. c. 37. q. 6. Soar. de censor. disp. 7. sed. 2. n. 4. Molin. de inst. tract. 5. disp. 11. n. 1. Rota decis. n. 13. p. 2. diuers. & decis. 3. 4. 6. n. 2. p. 2. recent. & decis. 6. 2. n. 4. p. 2. recent. Aloys. Ricc. in coll. decis. part. 3. coll. 6. 10. & p. 4. coll. 8. 8. 0.

In gloss. *Capitulo*, ibi, Sed collatio beneficorum inter bona Episcopalia, & fructus computantur. Notatur ad hoc quod collatio beneficiorum dicitur ex fructibus Ordinarij collatoris, Mill. in reperi. verbo, beneficiorum collatio, n. 14. Rebuff. in tract. nominat. q. 14. n. 7. 6. post Rot. Selv. Caffan. & alios Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 45. n. 8. post Gom. & Bellam. Menoch. conf. 8. 3. n. 2. & conf. 19. n. 10. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo, *Inspatratu*, §. 2. pag. 166 Valer. Regin. d. lib. 30. tract. 3. n. 2. 4. 1. ver. preposita. Salgado de pro. t. Regia tom. 1. p. 3. c. 20. n. 3. Et sic ius praefandi & eligendi sunt fructus, Perez. 1. 10. gloss. 3. p. 3. p. 8. 8. 9. col. 1. ver. quibus, tit. fin. lib. 4. Ordinam. Hinc etiam prouenit ut inter fructus canonicales vox computetur. Petr. Greg. de inst. rei benef. c. 15. n. fin. Fabric. in praxi de iure patr. lib. 1. tit. 11. n. 2. Campan. in diuers. iuris Canon. rub. 1. 2. c. 3. n. 8. quos refert & sequitur Ludou. à Sarauia de iuris dicit. *Adiunctorum* q. 1. 2. n. 3. 4.

6 In ead. gloss. ibi, Et magnum fieret praedictum, &c. Notatur ad hoc quod questio collationis est grauis praedicti respectu collatoris, vt per Mill. in reper. verbo beneficiorum collatio, n. 16. ad med. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 4. procem. n. 6. 0.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordine qui maior est, licet in Ecclesia posteriorius receptus, in loco, & portione preferuntur.
- 2 Dignitas antiquitati preferenda est.
- 3 Dignitas maior procedere debet.
- 4 Honoratus est quilibet secundum suam dignitatem.
- 5 Seniores primi loco sedere debent.
- 6 Antiquiori debetur honor.
- 7 Honorem debent impendere minores maioribus.
- 8 Nobilitas ratio est habenda in beneficiorum distributione.

C A P. Statuimus. X V.

- 1 Ordine qui maior est, licet in Ecclesia posteriorius receptus, preferuntur aliis loco, & portione, & sic Presbyter vtrumque receptus, preferuntur Diacono, & hic Subdiacono, & hic Acolyto, & sic de ceteris. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Joan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Hoff. Anch. Butr. Felin. Henric. Viu. in ration. primi libri iur. Pontif. pag. 4. c. Alagona in compend. iur. Can. pag. 167. remissive Casal. in annot. Ximen. in concord. p. 1. & 2.
- 2 Probat hic text. dignitatem antiquitati preferendam, vt per Tiraq. de iure primogen. in prefat. n. 1. 1. Et maiorem dignitatem procedere debere dicit Steph. Gratian. discept. forens. c. 10. 6. n. 3. vbi intelligit quando dignitas est ordinata ad illum actum, pro quo tractabatur de procedendo.
- 4 In gloss. *Primum locum* ibi, quia secundum dignitatem *enim* quilibet honorandus est, in fide. Vide Valdel. de dignitate Regum Regnorumque Hispanie, c. 6. n. 1. Tiraq. de nobilit. c. 10. n. 52. vbi citat verbum vulgarem magis quam elegantem.

Tali sede sede, ne dicam surge, recede. Hinc seniores primo loco sedere debent, & in sessionibus iunioribus sunt præferendi, Tiraq. de primogen. in prefat. n. 1. 1. 5. honor enim debetur antiquiori, ex Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decis. 5. 8. 0. n. 4. & in i. edit. & reol. 5. 5. 5. in 1. edit. Et antiquior in collegio in sententiis proferendus est præferendus. Henric. conf. 47. n. 6. vbi n. 7. cum Specul. t. t. de citat. ver. porr. dicit quid Canonici plures si sint delegati a summo Pont. antiquior in salutatione præf. rur; & omne per antiquitatem sit nobilis, l. 1. ff. de albo scrib. l. 1. c. ut dignit. ordo seruetur, l. honor. C. de decurion. lib. 1. 0. Caffan. in catalogo gloria mundi, p. 4. confid. 3. 6. Valdel. d. tract. c. 5. n. 3. Vnde honorem debent impendere minores maioribus, Caffan. in catalogo p. 2. confid. 1. 0. Rebuff. in tract. nominat. q. 14. n. 4. 9 Stephan. Gratian. discept. forens. c. 2. 8. 4.

In gloss. *Potorem*, in medi. ibi, consideranda est nobilitas, &c. Notatur ad hoc quod in beneficiorum distributione nobilitatis ratio est habenda, Tiraq. de nobil. c. 2. 0. n. 1. 10. & 11. ad quod vide multa in c. de multa, verbo, circa sublimes sup. de prebend.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia sita in aliquo Archidiaconatu si erigatur in Cathedralem, a iurisdictione Archidiaconatus eximitur.
- 2 Minor in maiorem potestatem habere non debet.
- 3 Inferior Superioris iura nequit tollere.
- 4 Major delinquens in alieno territorio habetur propria.
- 5 Ecclesiam Cathedralem solus Papa mutat.
- 6 Excommunicandi nuda potestas quando est alicuius tanquam nudo executori commissa, hic potestatem absoluendi non habebit.

C A P. Cum inferior. XVI.

Ecclesia posita in iurisdictione alienius Archidiaconatus si erigatur in Episcopatum, statim eximitur a iurisdictione Archidiaconi, & Archiepiscopus erigens in Cathedralem, recompensat iurisdictionem Archidiaconi in sua diocesi, vel provinciâ sine praedictio tertii. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabar. Hoff. Bellam. Ioa. Andr. Imol. Anan. Felin. Bald. Panorm. Anch. Butr. Henric. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontificij pag. 48. 0. Alagona in compend. iuris Can. pag. 168. remissive Casal. in annot. Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Collige ex text. quod minor in maiorem potestatem habere non debet, Ias. in L. omnes populi, num. 11. ff. de inst. & iure, Mant. lib. 3. dialogo 6. 9. Hippol. sing. 1. 2. Tiraq. de potestate temperantis, in prefat. n. 2. Et inferior superioris iura nequit subiungere, Surd. conf. 5. num. 6. Thom. de Thomas. reg. 1. 47. Brunor. à Sole in locis communib. verbo, inferior 4. Azeued. l. 2. num. 5. 6. tit. 1. 4. lib. 4. noua recop. Cardof. in praxi iudic. cum verbo, lex 9. Cranet. conf. 1. 3. 8. num. 5. vbi etiam tenet quod eadem ratione, qua non potest inferior iuri communi derogare, eadem non potest ius consuetudinis tollere, Menoch. illustrum questionum cap. 2. 5. num. 10. cum seqq. vbi num. 1. 3. affirmit quod Superioris factum meram inferioris utilitatem recipiens per ipsum inferiorum potest alterari. Hinc dicit Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 4. 5. §. 1. n. 6. 9. quod in potestate inferiorum non est per eorum pacta privata praedicare reseruationibus Apost. vel illas die

§ b 4 minuere

296. Collectanea Doct. in lib. I. Decretal.

minuere. Hinc etiam vulgo colligunt Prælatos inferiores non posse dispensare in legibus superiorum, & in pœnis earum, ut per Soar. censur. disp. 5. fol. 4. n. 7. & disp. 7. fol. 4. n. 1. & disp. 29. fol. 1. n. 2. 1. & de legibus, lib. 6. c. 14. n. 4. & de defensione Fidei lib. 4. c. 8. n. 1. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 7. n. 6. & alios quos refert. Illustriss. D. Roder. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus in com. ad c. inferior. 4. disp. 21. n. 2.

Mandamus, &c. Notatur ad hoc quod maior delinquens in alieno territorio habetur pro priuato, ut per Azeued. l. 1. n. 8. cum seqq. tit. 16. lib. 8. nona recipit.

In districti è studeas inhibere. Notatur ad hoc quod ad effectum ut cognoscatur quod sit Ecclesia Cathedralis, inspicitur tempus præsens, ut per Holt. in præsenti n. 13. Seraphin. decis. 144. 5. in fine, Rot. in Cœsarauiana præminentiarum 29. Novembris 1627. coram R. D. meo Coccino Deceano, in vers. quo verò ad secundam rationem.

In gloss. Cathedralem, ibi, qui huiusmodi mutationes, translationes, & consimilia debent fieri de autoritate Pape. Notatur ad hoc quod Ecclesiam Cathedralem solus Papa mutat. Ego ipse de offic. & potestate Episcop. p. 3. alleg. 50. n. 5.

In gloss. Legare, ibi, item est hic arg. quod si Papa mandat, &c. Notatur ad hoc quod quando nuda potestas excommunicandi est alicui tanquam nudo executori commissa, hic potestatem absoluendi nona habebit, sequentur in præsenti Ioan. Andr. col. ult. n. 1. vers. & in fine, Butr. n. 8. Panorm. col. 1. in fin. vers. in ead. gloss. Felin. col. 3. n. 5. vers. fallit terio, quos & alios plures refert, & sequitur Rendina in promissuario receipt sent. tit. 41. de excom. n. 4.

S V M M A R I V M.


1. *Compositionem super iure primatia unus solus, cuius interest, poterit impedire.*
2. *Archiepiscopatus Prouincia est.*
3. *Primatia quæstio inter Bituricen. & Burdegalen. Archiepiscopos refertur.*
4. *Autoritatis nimia in crepatio nec correctionem recipit, nec salutem.*

C A P. Humilis, X VII. & fin.

1. *Nter duos Archiepiscopos quando est quæstio quis eorum sit primus, & Papa aliquid determinat, ante publicationem huius determinationis requiritur consensus Prælatorum, & Capitulorum utriusque partis, & Capituli alterius, & si contentire nequeant, compareant Prælati personaliter, Capitula per procuratores coram Papa ad dicendum ius, & si succumbant, solvant expensas parti. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Felin. Holt. Bald. Anch. Panorm. Butr. Henric. Viulan. in rationali primi libri iur. Pontif. pag. 48. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 168. remissiæ Ximen. in concord. p. 1. & 2.*
2. *Burdegalensis Prouincia.* Ergo Archiepiscopatus Prouincia est. Rebuff. ad l. 199. vers. sed quod declaracionem, ff. de verb. sign. pag. mibi 632.
3. *Quam inter Bituricen. & Burdegal. Archiepiscopos in causa Primatis, &c. In Prouincia Aquitania, quæ continet Bituricentes, & Burdegalentes, controværia fuit inter illos duos Archiepiscopos, quis eorum primatum haberet; in qua quæstione faciant quæ-*

Alberic. in rub. d. statu hominum, col. ult. vbi dicit Archiepiscopum Bituricensem esse primatum in Provincia Burdegalensi, Card. Alexand. in c. desinimus 22. disp. Bituricensem ponit primum Patriarcham post quatuor antiquos Patriarchas, Nicol. Boëri. in addit. ad tract. de auctoritate, & præminentia magni Consilij, p. 1. n. 14. Bituricensem esse primatum in Burdegalensi Provincia. Hodie tamen ambo se vocant primates Galliarum, habent suffraganeos, & nullum Metropolitannum.

In gloss. *Humilis, ibi, iusteritatis autem nimie in reparatione correctionem recipit, nec salutem.* Item S. Prolp. de vita contemplativa, lib. 2. c. 5. in hac verba, Asperitate autem nimia & in crepatio offendit nec in reparatione recipit, nec salutem; refero ego ipse de offic. & potest. Episcop. p. 1. tit. 2. gloss. 12. n. 12. n. 26. adducens illam, auctoritatem S. Isidori lib. 3. de sum. boro, c. 9. 2. qui delinquentem superbo, vel odiofo animo corrigit, non emendat, sed percutit, & obiurgat. furor est, non dilectio corrigit, & quicquid lacerato animo dixeris, punientis est impetus, non charitas corrigit; alia plura in hoc propositum adducit Thomas de Mancinis, in sua laureola dominorum Prælatorum, pag. 47.



De Treuga, & Pace.

T I T. XXXIV.

S V M M A R I V M.

1. *Pacis latus & præconia.*
2. *Treuga & pacis connexio.*



V P E R hanc rubr. scriperunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Felin. Butr. Ioan. de Londris in breuario sanctorum Canonum, fol. 165. verso, Petr. de Rauenna in compendio iuris Canon. Martin. Mefnart. in epitome Decret. fol. 40. verso, Dan. Venator in analysi methodi iuris Pontif. à pag. 108. Goffred. & Holt. in sum. iuris tit. Alex. Calfan. & Anatol. Geron. in paratilis ad quinque libros Decret. Barth. Carrh. in expost. iuris iuris Canon. Zypa. in analyticâ poftrmissâ Ecclesiæ narrat pag. 60. nonissimè Ioan. Honor. lib. 1. sum. in Decret. omnes sub hoc it.

De treuga, & pace peculiares tractatus edidere Nicolaus Moronus, Sebastianus Guazinus, & Octau. Vulp. com. 11. tract. Doct. p. 1. fol. 206. & incidenter tractarunt Hispani. tit. 12. part. 7. & l. 4. & 42. styl. vbi Pan. & titul. 9. lib. 8. noua recipit. Guillelm. Durand. in speculo iuris, lib. 4. sub hoc tit. Conrad. in templo omnium iudicium, lib. 1. cap. 1. §. 4. vers. 16. Ceuall. com. contra com. 9. 392.

De pace Vide D. Thom. 2. 2. q. 29. art. 1. Boë. decis. 40. num. 1. Rota Bononien. decis. 64. n. 16. & 17. Hyppol. conf. 9. num. 48. Cotta in memorabilib. verbis, Pax, pag. mibi 663. Adr. Gail. de pace publica, Perez ad lib. 4. Ordinam. pag. mibi 858. Anton. Corset. de priuileg. pacis in vol. 13. tract. Iacob. Nouell. in praxi crim. tit. de pace, & maximè ex n. 41. Cosm. in pragm. sanct. in proœm. §. qualiter preterea in gloss. verbo, pacis, Lancel. Conrad. in templo omn. iudic. lib. 1. c. 1. §. 3. verbo, pacificus debet esse, Altair. de visit. in verbis, pacem, & plures refert. Cened. ad decret. collect. 3. num. 1.

Omnium